Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0001-5

Dv 1501 6

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF

V 815

# PHARMACOPOEA SUECICA.

APOTEKET ELGEN
STOCKHOLM
29 JUNI 1923
KARLAVÄGEN 27
JOHAN WINCKLER

---

**EDITIO SEXTA.**

---

STOCKHOLMIÆ, 1846.
P. A. NORSTEDT & FILII,
TYPOGR. REG.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0004-3

# LECTORI.

Anni octo et viginti jam elapsi sunt, postquam Pharmacopoeæ Suecicæ editionem quintam in publicum emisit Regium Collegium Sanitatis. Magni per illud temporis spatium progressus in arte chemica et pharmaceutica facti sunt, qui, quo magis universæ naturæ cognitioni profuerunt, uberioraque et certiora in usum Medicinæ subsidia suppeditarunt, eo magis etiam desideratum ac necessarium reddiderunt novum Pharmacopoeæ codicem et emendatum.

His de causis, satis illis quidem gravibus atque idoneis, veniam **Sacræ Regiæ Majestatis** et petiit et impetravit Collegium, ut *delectis* viris, in quibus fuit Professor Lib. Baro Berzelius *operis* moderator, additique Collegæ Professores P. F. Wahlberg, C. G. Mosander, C. W. H. Ronander, M. Huss, J. S. Billing, atque Pharmacopolæ A. Pripp et C. Åkerström, et cooptatus denique adjutor Medicinæ ac Philosophiæ Doctor N. J. Berlin, qui consulta delectorum et placita litteris mandavit, negotium committeretur, ut Pharmacopoeæ denuo conscribendæ curam agerent, conscriptamque ad Collegium deferrent cognoscendam et percensendam.

Quod ab his viris confectum est propositumque opus, postquam primæ totius lineæ et argumenta non solum cum Societate Medicorum Suecica, sed etiam cum ceteris Medicis, quotquot

vel in Regiis Universitatibus vel in reliqua patria medendi munere funguntur, communicata sunt, eorumque tum monitis tum desideriis, qua par erat fide ac diligentia, consultum, Collegii denique judicio ac recognitioni est subjectum et, comprobante **Sacra Regia Majestate**, jam typis expressum in lucem emittitur, ut Sexta hæc veteris in locum succedat editio Pharmacopoeæ.

Si hæc cum iis, quæ ante editæ sunt, Pharmacopoeis comparatur, facile apparet, multa vel simplicia medicamina in materia pharmaceutica, vel composita pharmaca ac præparanda, exclusa abesse, atque eorum in locum partim nova alia inserta, partim veterum et scribendorum accuratiores formulas et præparandorum sollertiores vias rationesque esse inventas. Neque tamen tot tantasque res simul complecti atque perficere licuisset, nisi pharmaceutica studia adeo crevissent, ut arti medicæ operam, quæ major hodie et exquisitior flagitatur, possent præstare.

Collegium itaque, quum, quantum consilio, arte rerumque usu provideri potuit, codicem paravit locupletem, ubi omnia, quæcumque res tempusque postulet, pharmaca litteris consignata habeantur, sperat fore, ut justis exspectationibus quum omnium omnino civium, tum imprimis Medicorum, ægris operam navantium, satisfactum summa cum fide et industria esse videatur.

Datum Stockholmiæ Cal. Julii MDCCCXLV.

**REGIUM COLLEGIUM SANITATIS.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0006-4

# PONDERA ET MENSURÆ.

1. Mensura pedis suecici talis est, ut simplex in Observatorio Holmiensi pendulum quodcumque, subductis rationibus revocatum ad spatium aëre vacuum atque mediam quæ dicitur superficici marinæ altitudinem, ad temperaturam +15° C., in nycthemero medio solari 86400 oscillationes facit vel in minuti medii solaris sexagesima parte semel oscillat, sit 3.350649 ejusmodi pedes *).

2. Est congius liquidorum (suetice Kanna) parti decimæ cubi hujus *pedis æqualis.*

3. Pondus libræ civilis (suetice Mark vel Skålpund) tali ratione determinatum est, ut congius aquæ destillatæ, aëre atmospherico saturatæ, ad temperaturam +4° C. et aquæ et aëris, quum hydrargyrum barometri ad temperaturam

---

*) 3.350649 pedis suecici = 0.9948 metri gallici = 440.99 lineis parisiensibus.

1 pes suec. = 0.29690 metr. gall. = 131.61 lin. par.

1 metr. gall. = 3.36815 ped. suec. = 443.296 lin. par.

1 pollex decimalis suecicus = 0.029690 metr. gall. = 13.161 lin. par.

Duodecima pedis pars (1 werktum) = 0.024742 metr. gall. = 10.968 lin. par.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0007-0

0° C. altitudinem 25.6 pollicum decimalium habet, ejusmodi libris 6.15221 pondere æqualis sit *).

4. Est LIBRA MEDICINALIS $\frac{7416}{8848}$ vel 0.838155 libræ civilis; ideo grammata gallica 356.2470 æquat.

LIBRA uncias duodecim continet.

UNCIA drachmas obto continet; libræ civilis 0.0698463 vel grammatis gallicis 29,68725 æqualis.

DRACHMA scrupulos tres continet; libræ civilis 0.00873078 vel grammatis gallicis 3.710906 æqualis.

SCRUPULUS grana viginti continet; libræ civilis 0.002910262 vel grammati gallico 1.236969 æqualis.

GRANUM libræ civilis 0.0001455131 vel grammatis gallici 0.0618484 æquale est.

5. LIBRA MEDICINALIS NORVEGICA continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti. Est libr. med. suec. 1.004486 vel gram. gall. 357.8452 æqualis. Granum = 0.062 gram. gall.

Mensura norvegica Pot = 2.71 libr. med. suec. vel 0.369 cong. suec. **).

6. LIBRA MEDICINALIS DANICA continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scru-

---

*) Libra civilis suecica = 425.0369 grammatis gallicis.
Congius aquæ, circumstantiis supra indicatis, = 7.34018 libris suec. med. = 2614.915 gram. gall.
Pollex decimalis cubicus aquæ = 0.0615221 libræ civilis = 0.0734018 libræ med. = 26.14915 gram. gall.

**) Libra mercatoria norvegica (= 32 Lod) = 498.1137 gram. gall. = 1.17193 libr. civil. suec.
Pes norvegicus (= 12 pollices) = 0.31374 metr. gall. = 139.0808 lin. paris. = 1.0567 ped. suec.

pulos tres; scrupulus grana viginti. Est 1.003977 libr. med. suec. vel gram. gall. 357.6639 æqualis *). Granum = 0.062 gram. gall.

Mensura danica Pot = 2.67 libr. med. suec. = 0.363 cong. suec.

7. Libra medicinalis gallica (*livre métrique*) continet uncias (*onces*) sedecim; uncia drachmas (*gros*) octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti quattuor. Est libr. med. suec. 1.40352 vel gram. gall. 500.000 æqualis. Granum = 0.054 gram. gall.

Mensura gallica *Litre* = 2.80 libr. med suec. = 0.382 cong. suec.

8. Libra medicinalis borussica continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti. Est libr. med. suec. 0.984664 vel 350.7835 gram. gall. æqualis **). Granum = 0.0609 gram. gall.

*Mensura borussica* Quart = 3.21 libr. med. suec. = *0.437 cong. suec.* ***).

9. Libra medicinalis bavarica continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti. Est libr. med. suec. 1.010535 vel 360.000 gram. gall. æqualis. Granum = 0.0625 gram. gall.

---

*) Eandem omnino habent libram *Hamburgenses*, quorum mensura medicinalis = 2.00 libr. med. suec. = 0.272 cong. suec., et *Schlesvigo-Holsati*; hac, quæ dicitur libra norimbergensis, parum inter se discrepantes utuntur etiam *Fenni*, *Hannoverani* et *Russi*.

**) Eàdem utuntur *Saxones*.

***) Mensura olim usitata Berliner-Quart = 2.95 libr. med. suec. = 0.402 cong. suec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0009-4
DFG

Mensura bavarica 𝔐𝔞𝔞ß = 2.99 libr. med. suec. = 0.408 cong. suec.

10. Libra medicinalis austriaca continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti. Est libræ med. suec. 1.178980 vel gram. gall. 420.009 æqualis. Granum = 0.073 gram. gall.

Mensura Viennensis 𝔐𝔞𝔞ß = 3.95 libr. med. suec. = 0.540 cong. suec.

11. Libra medicinalis anglica (*Troy Pound*) continet uncias duodecim; uncia drachmas octo; drachma scrupulos tres; scrupulus grana viginti. Est libr. med. suec. 1.047617 vel gram. gall. 373.2103 æqualis. Granum = 0.065 gram. gall.

Mensura anglica *Imperial Gallon* (=8 Octariis vel *Pints* =160 Fluidunciis) =12.72 libr. med. suec. =1.736 cong. suec. *)

---

*) Alia mensura, in Anglia olim usitata, *Wine-Gallon* erat, cujus octava pars *Pint* vel Octarius = 1.32 libr. med. suec. =0.180 cong. suec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0010-5 DFG

# CANONES.

*Vegetabilia indigena* et *adventitia culta* quotannis recentia, tempore sereno, a rore vacua colliguntur, indigena vero spontanea, nec usquam culta; collecta mundantur; mundata loco aëri pervio, aut filis suspensa aut linteo papyrove subjecto tenuibus stratis diffusa, diligenter siccantur, et quidem succulenta modici caloris ope, cetera aëris temperaturâ, ita tamen, ut colore mutabilia nullo sole afficiantur; perfecte siccata cum ceteris vegetabilibus, loco sicco frigidoque, *vel in scriniis ligneis* vel in vasis vitreis, murrhinis *metallicisve bene clausis*, servantur, ut et lux atque humiditas partesque *pulverulentæ*, quæ aëri insunt, quantum fieri possit, defendantur, et suus cuique color, suus odor et sapor melius ac diutius constet. Pharmaca aromatica, narcotica et alia, materie volatili prædita, in vasis vel scriniis ita servantur, ut nulla aëris mutandi fiat occasio.

E *Pharmacis exoticis*, quorum plures inveniantur species, prima quæque et præstantissima comparantur.

*Radices* perennes e plantis bimis trimisve, tempore autumnali, herbâ jam marcidâ vel fo-

liis delapsis, optime colliguntur, quod idem vernali tempore ante foliorum evolutionem fieri licet; celeriter lotæ et mundatæ vel in aëre, vel, si crassiores sunt atque succulentæ, incisæ filisque suspensæ, modici caloris ope siccantur. Radices spongiosæ, cavæ et, si fruticum arborumque excipias, lignosæ rejiciuntur.

***Bulbi*** itidem ut radices collecti, in retibus suspensi vel sabulo probe sicco immissi, recentes servantur.

***Cortices*** et ***Ligna*** tempore vernali ante frondescentiam colliguntur, cortices autem plerumque e ramulis fruticum arborumque bimis, trimis, quadrimis.

***Herbæ*** et ***Folia*** bene explicata, paullo ante florescentiam, vel, si aromatica sunt, eo ipso tempore, quo florent, colliguntur, plantarum tamen biennium etiam sub finem æstatis primæ. Folia succosiora et narcotica, ut Digitalis, Belladonnæ, cet., singula a se disjuncta, herbæ vero in parvos fasciculos colligatæ, filis suspenduntur et siccantur.

***Flores*** et ***Summitates florentes***, ut primum explicantur, colliguntur et, quum citius quam ceteræ plantarum partes mutentur, summâ diligentiâ siccantur et conservantur.

***Fructus*** et ***Semina***, matura plerumque, eliguntur, fructus tantum succulenti paullo ante summam maturitatem. Hi integri vel incisi, ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0012-7

loris modici ope, celeriter siccantur. Semina quædam in pericarpiis conservare præstat. Aromatica et oleosa citius, farinosa serius depravantur.

---

Medicaminum quantitates pondere tantum æstimandæ, non mensurâ aut guttulis. (Excipe Aetherolea in Elæosaccharis parandis).

Pondera liquidorum specifica ad temperaturam +15° thermometri centigradui vel Celsiani exploranda sunt.

Inter ceteras libras, in officina necessarias, semper sit libra, non manibus habilis, sed apto suspensa firmamento tamque mollis, ut eâ possit grani pars octava ponderari accuratissime. Pondera hujus libræ potissimum platinica sint (aliud *granorum* decem, aliud quinque, aliud duorum, aliud *geminum grani unius*, aliud dimidii (gr. $\frac{1}{2}$), aliud quartæ (gr. $\frac{1}{4}$), aliud sextæ (gr. $\frac{1}{6}$), aliud deuique octavæ grani partis (gr. $\frac{1}{8}$)) et in theca, ne mutentur, sollicite servanda.

Bina singularum librarum bracchia ne sint in tenues producta hamulos, quibus adfigantur lances; eaque adeo sint ad æquum exacta, ut utracumque lancula rem ponderandam acceperit, idem omnino pondus significetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0013-2
DFG

## Signorum Explicatio.

* Materiem denotat, cujus sufficientem usui officinarum copiam patria præbere *facile potest*.

☿ Materiem denotat non nisi Medico jubente vel permissu Superiorum distribuendam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0014-8
DFG

# MATERIA PHARMACEUTICA.

*ABSINTHIUM. Malört. *Artemisia Absinthium* Lin.
*Summitates* florentes.

*ACETUM. Åttika.
*Acetum commune.* Wanlig Åttika. E spiritu frumenti.
*Acetum vini.* Winättika. E vino.
Sint tantæ aciditatis, ut unciæ duæ ſufficiant ad carbonatis kalici puri et ſicci drachmam perſecte saturandam.
*Acetum pyroxylicum.* Trädättika. Destillatione ligni arboris *cujusdam frondiferæ*.

ACIDUM CITRICUM. Citronſyra.

ACIDUM MURIATICUM CRUDUM. Saltſyra.
*Acidum hydrochloricum commune.*
Pond. spec. circiter 1. 18 erit.

ACIDUM SUCCINICUM, quod dicitur SUBLIMATUM, vel SAL SUCCINI. Bernſtensſyra.

ACIDUM TARTARICUM vel SAL ESSENTIALE TARTARI. Winſyra.

ACIDUM VITRIOLI vel OLEUM VITRIOLI. Swafwelſyra. Vitriololja. *Acidum sulphuricum commune.*
Pond. spec. 1. 85 erit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0015-4

*ACONITUM. Stormhatt. *Aconitum Napellus* LIN. et *A. Cammarum* LIN. In Europæ, præsertim Helvetiæ, montosis.
*Folia* recentia et siccata.

ADEPS vide AXUNGIA.

AERUGO vel VIRIDE ÆRIS. Spanſkgröna. *Subacetas cupricus.*

AGARICUS. Lärkträdsſwamp. *Polyporus officinalis* FRIES. In Larice Europæ australioris parasiticus.
*Fungus* epidermide liberatus.

*AGARICUS CHIRURGORUM vide FUNGUS QUERCINUS.

ALCANNA. *Anchusa tinctoria* LIN. Europa australis.
*Radix.*

ALKALI MINERALE vide SODA.

ALKALI VEGETABILE vide POTASSA.

*ALLIUM. Hwitlök. *Allium sativum* LIN. Apud nos cultum.
*Bulbus* recens.

ALOË HEPATICA. *Aloë vulgaris* DE CAND., cet. India occidentalis (Barbadoës), cet. Optima ex India orientali obtinetur.
*Succus foliorum* inspissatus.

ALOË LUCIDA. *Aloë arborescens* DE CAND., *A. spicata* THUNB. et *A. linguæformis* THUNB. Caput bonæ spei, cet.
*Succus foliorum* inspissatus.

ALTHÆA. *Althæa officinalis* LIN. Europa media et australis.
*Radix* decorticata.

*ALUMEN CRUDUM vel VULGARE. Alun. *Sulphas aluminico-kalicus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0016-0

AMMONIACUM CARBONICUM vel SAL VOLATILE. Kolſyrad Ammoniak. *Sesquicarbonas ammonicus.*

AMYGDALÆ AMARÆ. Bittermandlar. *Amygdalus communis* Lin. var. *amara.* Regio mediterranea, cet.

*Nuclei* integri.

AMYGDALÆ DULCES. Sötmandlar. *Amygdalus communis* Lin. var. *dulcis.* Regio. mediterranea, cet.

*Nuclei* integri.

*AMYLUM. Stärkelſe. E seminibus *Tritici vulgaris, cet.* vel e tuberibus *Solani tuberosi* Lin.

ANGELICA. *Archangelica sativa* Fries. (*Angelica Archangelica* var. *sativa* Lin., *A. sàtiva* Mill.) Europa media et australis.

*Radix.*

*ANISUM. Anis. *Pimpinella Anisum* Lin. Europa meridionalis, apud nos culta.

*Semina* (achenia).

ANISUM STELLATUM. Stjernanis. *Illicium anisatum* Lin. Japonia, China, cet.

*Pericarpia cum seminibus.*

ANTIMONIUM CRUDUM. Nativ Swafwelantimon. Spetsglans. *Sulphuretum stibicum nativum.*

*AQUA FORTIS. Skedwatten. *Acidum nitricum commune.* Pond. spec. 1. 23 erit.

*ARGENTUM. Silfwer.

*ARGENTUM FOLIATUM. Äkta Bladſilfwer.

*ARMORACIA. Pepparrot. *Nasturtium Armoracia* Fries. (*Cochlearia Armoracia* Lin.) Europa media, apud nos cultum.

*Radix* recens.

*ARNICA. Häſtfibler. *Arnica montana* Lin.
*Flores* vix explicati.
*Radix*.

ARROW ROOT. *Maranta arundinacea* Lin. et *M. indica* Tuss. India occidentalis et orientalis.
*Amylum*, Arrowmjöl, e rhizomatibus tuberosis paratum.

☿ARSENICUM ALBUM. Hwit Arſenik. Hwitt Råttgift. *Acidum arsenicosum*.

*ARTEMISIA. Gråbo. *Artemisia vulgaris* Lin.
*Fibrillæ radicis* sero autumno colligendæ et, sine lotione mundatæ, in vase bene clauso servandæ.

ARUM. Danſk Ingefära. *Arum maculatum* Lin.
*Radix* recens vel siccata in vase diligenter clauso servanda.

ASSA FOETIDA. Dyfwelsträck. *Ferula Assa foetida* Lin. Persia.
*Gummi-resina* e radice sauciata effluens. In massis vel frustulis durioribus, homogeneis, extus roseis vel dilute testaceis, intus albis sæpe roseo-venosis, odore fortiori.

*AVENA. Hafre. *Avena sativa* Lin.
*Crimna*. Hafregryn.

AURANTIUM. Pomerans. *Citrus vulgaris*. Risso. (*Citrus Aurantium* var. *amara* Lin.) Arbor Orientis, in zonis calidis culta.
*Flores* (ol. *Flores Naphæ*) saliti.
*Folia*.
*Fructus immaturi* (ol. *Poma Aurantii*). Pomeransknopp.
*Cortex fructus* maturi siccatus. Pomeransſkal. Cortices Aurantiorum Curassavienses, parte spongiosa tenuiori, optimi.

AURUM. Guld.

AURUM FOLIATUM. Äkta Bladguld.

*AXUNGIA PHOCÆ. Skälſpäck. *Phocæ* et *Halichæri* species (*Phoca variegata* Nils., *Ph. annellata* Nils., *Halichærus griseus* Nils., cet.)
*Pinguedo* subcutanea.

*AXUNGIA PORCI vel ADEPS SUILLA. Swiniſter. *Sus Scrofa.* Lin.
*Pinguedo* omenti.

BALSAMUM CANADENSE. Canadabalſam. *Pinus balsamea* Lin. America borealis.
*Resina* ætheroleo soluta ex arbore vulnerata effluens.

BALSAMUM COPAIVÆ. Copaivabalſam. *Copaifera multijuga* Mart. et plures *Copaiferæ* species. America meridionalis, præsertim Brasilia.
*Resina* ætheroleo soluta ex arbore sauciata stillans.

BALSAMUM PERUVIANUM vel INDICUM NIGRUM. Swart Perubalſam. *Myrospermum peruiferum* Rich. (*Myroxylon peruiferum* Lin. Fil.), *cet.* America calidior, Nova Granada præsertim et Peruvia.
*Balsamum naturale* e ramulis caloris ope elixum.

BALSAMUM TOLUTANUM. Tolubalſam. *Myrospermum toluiferum* Rich. (*Toluifera Balsamum* Lin.) America meridionalis calida.
*Balsamum naturale* e cortice vulnerato liquidum prodiens, demum solidescens.

*BARDANA. Karborre. *Arctium Lappa* Lin., *cet.*
*Radix* nondum lignosa vel spongiosa, ante caulescentiam colligenda.

*☿BELLADONNA. *Atropa Belladonna* Lin. In montosis sylvaticis Europæ mediæ et meridionalis, apud nos culta.

*Folia* filis suspensa loco umbroso siccanda et vase bene clauso servanda.

*Radix.*

BENZOË. *Styrax Benzoin* Dryand. India orientalis, Sumatra præsertim et Java.

*Resina* sic dicta amygdaloides.

*BERBERIS. Berberis. *Berberis vulgaris* Lin.

*Baccæ* recentes.

*BETULA. Björk. *Betula alba* Lin.

*Folia* tenera recentia.

*BILIS BUBULA vel BOVINA, FEL TAURI. Oxgalla. *Bos Taurus* Lin.

*Bilis* recens in vesica propria.

BISMUTHUM. Wiſmut.

BOLUS ARMENA. Rödgul Bolus. Fossilis Europæ australis, Asiæ minoris. *Argillæ species.*

BORAX. *Biboras natricus.*

BUCCO. *Diosma crenata* Lin., *Empleurum serrulatum* Ait. (*Diosma unicapsularis* Lin. Fil.) et *cet.* Promontorium bonæ spei.

*Folia* breviora oblongo-elliptica vel obovata a Diosma, longiora anguste lanceolata ab Empleuro obtinentur.

*BUTYRUM vide LAC.

CACAO. Chokoladböna. *Theobroma Cacao* Lin., *cet.* America calida.

*Semina de Caracas.*

CAJEPUT vide OLEUM CAJEPUT.

CALAMINA vel LAPIS CALAMINARIS. Gallmeja. *Carbonas zincicus nativus.* Fossilis Europæ.

*CALAMUS VULGARIS vel AROMATICUS. Kallmus. *Acorus Calamus* Lin.
*Radix* decorticata.

*CALX VIVA vel USTA. Bränd och oſläckt Kalk. *Calx caustica communis*.

CAMPHORA DEPURATA. Renad Kamfer. *Camphora officinalis* Nees. (*Laurus Camphora* Lin.) Japonia, China.
*Ætheroleum concretum*.

CANELLA ALBA vel COSTUS DULCIS. Hwit Kanel. *Canella alba* Murr. India occidentalis, præsertim Jamaica.
*Cortex*.

*CANNABIS. Hampa. *Cannabis sativa* Lin. Planta Orientis, in Europa culta.
*Semina* (nuculæ).

☿CANTHARIDES. Spanſka Flugor. *Lytta vesicatoria* Fabr. In arboribus frúticibusve Caprifoliaceis et Oleineis Europæ mediæ et australis frequentes, apud nos rariores.
*Insecta* integra.

*CARAGHEEN vide LICHEN CARAGHEEN.

*CARBONAS CALCICUS NATIVUS e formatione primitiva. Urkalk. Bergkalk.

CARDAMOMUM MINUS. Kardemumma. *Alpinia Cardamomum* Roxb. (*Amomum repens* Sonner.) India orientalis, præsertim Malabaria.
*Semina* matura, capsulis inclusa.

*CARDUUS BENEDICTUS. Kardbenedikt. *Cnicus benedictus* Gärtn. (*Centaurea benedicta* Lin.) Europa meridionalis; apud nos cultus.
*Folia*.

*CAREX ARENARIA. Sandſtarr. *Carex arenaria* Lin. In maritimis arenosis.
*Radix.*

CARICA vide FICUS.

*CAROTA. Morot. *Daucus carota* Lin.
*Radix* culta, recens.

*CARVUM. Kummin. *Carum Carvi* Lin.
*Semina* (achenia).

*CARYOPHYLLATA. Neſlikrot. *Geum urbanum* Lin.
*Radix* primo vere legenda.

CARYOPHYLLI. Kryddneſlikor. *Caryophyllus aromaticus* Lin. India orientalis, imprimis insulæ Amboina et Banda.
*Flores* nondum evoluti, siccati.

CASCARILLA. Kaſkarill. *Croton Eluteria* Swartz. America calidior, Jamaica, cet.
*Cortex.*

CASTOREUM CANADENSE. Bäfwergäll. *Castor Fiber* Lin. Zonæ Europæ, Asiæ et Americæ arcticæ.
*Materia* in sacculis binis majoribus juxta anum utriusque Castoris sexus contenta.

CATECHU vel TERRA JAPONICA. *Acacia Catechu* Willd., *cet.* India Orientalis.
*Succus* (extractum) e ligno paratus.

CENTAURIUM MINUS. Tuſengyllen. *Erythræa Centaurium* Pers. In Europa media et australi frequens, in Suecia rara.
*Summitates* florentes.

*CEPA. Rödlök. *Allium Cepa* Lin. Apud nos cultum.
*Bulbus* recens.

*CERA. Wax. *Apis mellifica* LIN.
*Cera alba,* per apricationem candefacta.
*Cera flava,* e favis apum liquata.

*CERASA ACIDA. Kersbär. *Prunus Cerasus* LIN. Ex Oriente; in Europa ubique culta.
*Fructus* (drupa) recens et siccata. Varietas austera (Moreller) eligenda.

*CEREFOLIUM HISPANICUM. Spanſk Körfwel. *Myrrhis odorata* SCOP. (*Scandix* LIN.) Europa; apud nos culta.
*Herba* ante florescentiam colligenda.

*CERUSSA ALBA. Blyhwitt. *Hydrocarbonas plumbicus.*

CETACEUM vide SPERMA CETI.

*CHAMOMILLA NOSTRAS. Kamillblommor. *Matricaria Chamomilla.* LIN.
*Flores* nuper explicati.

CHINA. Kinarot. *Smilax China* LIN. China, Japonia.
*Radix* ponderosa vel orientalis.

CINA LEVANTICA vel SANTONICUM LEVANTICUM. Levantiſkt Maſkfrö. *Artemisia Contra* LIN., *cet.* Asia media, Syria, cet.
*Semina.* (Flores nondum explicati.)

CINCHONA vel CHINA GRISEA DE HUANUCO. Grå Kina. *Cinchona glandulifera* RUIZ. Andes Peruviani.
*Cortex.*

CINCHONA vel CHINA REGIA seu CALISAYA. Kungskina. *Cinchona angustifolia* RUIZ. Andes novæ Granadæ.
*Cortex.*

CINCHONA vel CHINA RUBRA. Röd Kina. *Cinchona colorata* RUIZ., *cet.* Andes Peruviæ, cet.
*Cortex.*

Hg. CINNABARIS RUBRA. Cinnober. *Sulphuretum hydrargyricum sublimatum.* (In frustulis.)

CINNAMOMUM CEYLANICUM. Äkta Kanel. *Cinnamomum ceylanicum.* NEES. (*Laurus Cinnamomum* LIN.) Ceylon. Enneandria
*Cortex* interior, tenuis. nf. Laurineae.

CITRUS. Citron. *Citrus medica* LIN. Arbor Orientis, in Europa meridionali culta.
*Fructus* recens. Polyadelphia nf. Aurantiaceae
*Cortex* fructus maturi, recens et siccatus. Citronſkal.
*Succus* fructus maturi, excorticati, expressus et colatus. Citronſaft.
*Oleum de Cedro* (ætheroleum flavedinis.)

COCCIONELLA. Konſionell. *Coccus Cacti.* LIN. In Cacto coccionellifero, cet. Americæ calidæ.
*Feminæ* integræ siccatæ. Hemiptera.

*COCHLEARIA. Skedört. *Cochlearia officinalis* LIN. In maritimis spontanea, alias culta.
*Herba* recens. Tetradynamia nf. Cruciferae

COLCHICUM. Nakna Jungfrun. Tidlöſa. *Colchicum autumnale* LIN. Europa media et australis; apud nos cultum. Hexandria
*Semina.* nf. Colchicaceae.

COLLA PISCIUM vide ICHTHYOCOLLA.

COLOCYNTHIS. Koloquint. *Cucumis Colocynthis* LIN. Regio mediterranea et variæ Africæ partes. Monoecia nf. Cucurbitaceae.
*Pulpa* peponis excorticati, siccata seminibusque liberata.

*COLOPHONIUM. Harts. *Pini* species, præsertim *Pinus sylvestris* LIN. et *P. Pinaster* AIT.
*Resina,* post destillationem ætherolei e balsamo nativo, remanens et iterum igne liquata.

Monoecia nf. Coniferae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0024-4 DFG

COLUMBO. Kolumborot. *Cocculus palmatus* De Cand. (*Menispermum palmatum* Lam.) Africa orientalis, Mozambique. Dioecia
*Radix.* Nf Menispermaceae.

*CONIUM. Odört. *Conium maculatum* Lin.
*Herba* recens et siccata. Pentandria Nf. Umbelliferae.

CORALLIUM RUBRUM. Röd Korall. *Isis nobilis* Lin. Mare mediterraneum. Zoophytae.
*Pars interna calcarea*, animali remota.

*CORIANDRUM. Koriander. *Coriandrum sativum* Lin. Europa australis, apud nos cultum.
*Semina* (achenia.) Pentandria Nf. Umbelliferae.

*CORNU CERVI. Hjorthorn. *Cervus Elaphus* Lin., *C. Alces* Lin., *C. Tarandus* Lin. Prior apud nos cicur, ceteri indigeni.
*Cornua* integra et rasa.

COSTUS DULCIS vide CANELLA ALBA.

CREOSOTUM. Kreoſot. *Oleum empyreumaticum* sui generis.

*CRETA ALBA. Krita. *Carbonatis calcici nativi* species friabilis, tingens. Fossilis Europæ.

CROCUS ORIENTALIS. Saffran. *Crocus sativus* Lin. Ex Oriente, in Europæ australis regionibus montosis, Austriæ, Italiæ, Hispaniæ, cet. cultus. Triandria Nf. Irideae.
*Stigmata.*

☿CROTON vide GRANA TIGLII.

CRYSTALLI TARTARI vide TARTARUS DEPURATUS.

CUBEBÆ. Kubeber. *Piper Cubeba* Lin. India orientalis, præsertim Java. Diandria
*Baccæ* nondum maturæ. Nf: Piperineae

CYDONIA. Qwitten. *Cydonia vulgaris* PERS. (*Pyrus Cydonia* LIN.) Arbor Orientis et Europæ australis. Icosandria Nf. Rosaceae
*Semina.* Pomaceae.

CYMINUM. Spiskummin. *Cuminum Cyminum* LIN. Ægyptus, cet.; in Europa australi cultum.
*Semina* (achenia). Pentandria Nf Umbelliferae.

*DAUCUS vide CAROTA.

*DIGITALIS. Fingerborgsört. *Digitalis purpurea* LIN. Europa media et Norvegia; apud nos plerumque culta. Didynamia
*Folia* locis elevatis, apricis collecta, petiolis costisque liberata. Nf. Scrophularineae

DIOSMA vide BUCCO.

*DULCAMARA. Qweswed. *Solanum Dulcamara* LIN. Pentandria Nf Solanaceae.
*Stipites* (caules sarmentosi) hyeme vel primo vere colligendi.

☿ELATERIUM ALBUM. *Ecballion Elaterium* RICH. (*Momordica Elaterium* LIN.) Europa australis; apud nos interdum cultum.
*Succus* e fructu submaturo abscisso sponte prodiens, inspissatus. Monoecia Nf Cucurbitaceae.

*ENULA. Alandsrot. *Inula Helenium* LIN. Europa; apud nos plerumque culta. Syngenesia
*Radix.* Compositae Corymbiferae.

☿EUPHORBIUM. Pruſtkåda. *Euphorbia officinarum* LIN., *E. antiquorum* LIN. et *E. canariensis* LIN. Africa, India et insulæ Canarienses.
*Succus lacteus* e planta vulnerata stillans, in aëre solidescens. Dodecandria Nf Euphorbiaceae

*FEL TAURI vide BILIS.

*FERRUM.

*FERRUM. Jern.

*Rasura.* Jernſwarfſpån. E ferro cuso tornando parata.

*Limatura.* Jernfilſpån. E ferro nec orichalco nec ære adglutinato. Servatur in vase bene clauso.

FICUS PASSA vel CARICA PINGUIS. Torra Fikon. *Ficus Carica* LIN. Arbor Orientis et Europæ australis.

*Fructus* (cœnanthium).

*FILIX. Ormbunke. *Aspidium Filix Mas* SWARTZ.

*Radix* (rhizoma cum basibus frondium).

*FOENICULUM. Fenkål. *Foeniculum officinale* ALL. (*Anethum Foeniculum* LIN.) Europa australis; apud nos cultum.

*Semina* (achenia).

*FRAXINUS. Aſk. *Fraxinus excelsior* LIN.

*Cortex* ramulorum.

*FULIGO SPLENDENS. Glansſot.

*FUMARIA. Jordrök. *Fumaria officinalis* LIN.

*Herba* florens.

*FUNGUS QUERCINUS vel AGARICUS CHIRURGORUM. Fnöſkſwamp. *Polyporus fomentarius* LIN., *cet.* In arboribus frondosis parasiticus.

*Pars interior* præparata.

GALANGA. Galgorot. *Alpinia Galanga* SWARTZ. India orientalis, præsertim Sumatra.

*Radix* minor.

GALBANUM. *Galbanum officinale* DON. Asia media

*Gummi-resina* e caule sauciato effluens. In granis flavescenti-semipellucidis, separatis vel concretis.

GALLÆ TURCICÆ vel ALEPPENSES NIGRÆ. Swarta Galläpplen. *Quercus infectoria* Oliv. Asia minor, Syria, cet.
*Excrescentiæ* ramulorum punctura et depositione ovorum a *Cynipe Gallæ tinctoriæ* productæ.

GAMBOGIUM vide GUMMI GUTTA.

GENTIANA RUBRA. Baggſöta. *Gentiana lutea* Lin., *G. purpurea* Lin., *cet.* Alpes Europæ, præsertim Helvetiæ, Tyroliæ; G. purpurea etiam Norvegiæ.
*Radix.*

*GLACIES. Is.

GLYCYRRHIZA vide LIQUIRITIA.

*GRAMEN. Qwickrot. *Triticum repens* Lin.
*Radix.*

☿GRANA TIGLII. *Croton Tiglium* Lin. et *C. Pavana* Hamilt. India orientalis.
*Semina.*

GRANATUM. Granatträd. *Punica Granatum* Lin. Africa, Asia et Europa calidior.
*Cortex* radicis.

*GRAPHITES. Blyerts. *Carbo nativus.* Fossilis Europæ.

*GRATIOLA. Jordgalla. *Gratiola officinalis* Lin. Europa media et australis; apud nos culta.
*Herba.*

GUAJACUM vel LIGNUM SANCTUM. Pockenholz. *Guajacum officinale* Lin. India occidentalis, præsertim Jamaica et Domingo.
*Lignum.*
*Resina* e trunco et ramis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0028-7

GUMMI AMMONIACUM. *Dorema armeniacum* Don. Persia, cet.
*Gummi-resina* e planta sauciata effluens. In lacrymis vel amygdalis distinctis, interdum conglutinatis. Pentandria nf Umbelliferæ.

GUMMI ARABICUM. *Acacia Seyal* Delile, *A. tortilis* Hayne, *A. Ehrenbergiana* Hayne, *cet.* Arabia, Ægyptus, Africa calidior.
*Gummi* e trunco et ramis arborum sponte exsudans, album, in frustula minuta facile dilabens. Polygamia nf Leguminosæ

GUMMI GUTTA vel GAMBOGIUM. *Hebradendron Cambogioides* Graham. Arbor Indiæ orientalis. Polygamia nf Guttiferæ.
*Gummi-resina* e ramulis foliisque decerptis profluens, in aëre exsiccata.

*HÆMATITES. Blodſten. *Oxidum ferricum nativum.* Fossilis Europæ.

☿HELLEBORUS ALBUS. Hwit Pruſtrot. *Veratrum album* Lin. Alpes Europæ. Polygamia
*Radix* fibris resectis. nf: Colchicaceæ.

☿HELLEBORUS NIGER. Swart Pruſtrot. *Helleborus niger* Lin. Alpes Europæ australioris.
*Radix.* Polyandria nf Ranunculaceæ

*HIPPOCASTANUM. Häſtkaſtanie. *Æsculus Hippocastanum* Lin. Asia borealis; in Europa cultus. Heptandria nf: Hippocastaneæ
*Cortex* ramulorum.

*HIRUDINES. Blodiglar. *Sanguisuga medicinalis* Savign., *S. albipuncta* Wahlberg et *S. officinalis* Savign. In aquis stagnantibus Europæ; priores apud nos indigenæ.
*Animalia viva.* Intestina

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0029-5

*HORDEUM. Korn. *Hordeum vulgare* Lin., *H. distichon* Lin., *cet.* Triandria nf Gramineæ.
*Crimna.* Korngryn.
*Farina.* Kornmjöl.
*Maltum.* Malt.

*HUMULUS vide LUPULUS.

HYDRARGYRUS vel MERCURIUS VIVUS. Qwickſilfwer. *Hydrargyrum.*

*HYOSCYAMUS. Bolmört. *Hyoscyamus niger* Lin. Pentandria nf Solanaceæ.
*Folia* recentia et siccata.

*HYSSOPUS. Iſop. *Hyssopus officinalis* Lin. Suffrutex Europæ meridionalis, apud nos cultus.
*Herba* florens. Didynamia. Labiatæ.

*JACEÆ HERBA vide VIOLA TRICOLOR.

JALAPPA. *Ipomoea Schiedeana* Zucc. America media, Mexico, cet. Pentandria nf Convolvulaceæ.
*Radix.*

ICHTHYOCOLLA vel COLLA PISCIUM. Husblås. *Acipenser stellatus* Pall., *A. Gyldenstædtii* Br. et Ratz., *A. ruthenus* Lin., *A. Huso* Lin. In fluviis Russiæ meridionalis, mare Caspico et nigro. Chondropterygii.
*Membrana interna vesicæ natatoriæ* præparata. Optima albida, subdiaphana.

*IMPERATORIA. Mäſterrot. *Imperatoria Ostruthium* Lin. In convallibus alpium Europæ mediæ et australis frequens, apud nos sæpius culta. Pentandria nf Umbelliferæ
*Radix.*

INDIGO vel PIGMENTUM INDICUM. *Indigofera tinctoria* Lin., *I. Anil* Lin., *I. argentea* Lin., *cet.* India orientalis et occidentalis, Ægyptus, cet.
*Pigmentum* e foliis paratum.
Diadelphia nf Leguminosæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0030-6
DFG

JODUM. Jod.

IPECACUANHA. Kräkrot. *Cephaëlis Ipecacuanha* Rich. America meridionalis calida, præsertim Brasilia. Pentandria nf Rubiaceæ.

*Radix* annulata, grisea vel fusca.

IRIS FLORENTINA. Violrot. *Iris florentina* Lin. Italia. Triandria nf Irideæ.

*Radix* decorticata.

*JUGLANS. Walnöt. *Juglans regia* Lin. Arbor Persiæ, cet., in Europa et Suecia quoque australiori culta.

*Putamina* (pulpa druparum immatura, viridis). Monoecia nf Juglandeæ.

*JUNIPERUS. En. *Juniperus communis* Lin.

*Baccæ immaturæ.* Dioecia nf Coniferæ

*Baccæ maturæ.* Galbuliferæ.

*Lignum* radicis.

KALI ZOOTICUM vel BORUSSICUM. Blodlutsſalt. *Cyanetum ferroso-kalicum.*

KINO. *Drepanocarpus senegalensis* Nees (*Pterocarpus* Hook.) et arbor Indiæ orientalis nondum satis nota. Drepanocarpus est arbor Africæ occidentalis, imprimis Senegaliæ. Diadelphia nf Leguminosæ.

*Succus* inspissatus.

*LAC VACCINUM. Komjölk. *Bos Taurus* Lin.

*Butyrum.* Smör. Recens, non salitum.

*Cremor.* Grädde.

*Saccharum lactis.* Mjölkſocker. E sero paratum.

LACCA IN GRANULIS. Gummi Lacka i korn. *Aleurites laccifera* Willd., *Ficus indica* Vahl et *F. religiosa* Lin., *cet.* India orientalis.

*Materia resinosa,* in frustula redacta, quæ puncturâ feminarum *Cocci Laccæ* e ramulis arborum elicitur et insecta ramulosque incrustat. Polygamia nf Urticeæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0031-2 DFG

☿LACTUCARIUM ANGLICUM. *Lactuca sativa* Lin. et *L. virosa* Lin.; illa apud nos culta, hæc in Europa media spontanea.
*Succus lacteus* e planta sauciata effluens, in aëre inspissatus. Syngenes: Compositæ

*LAPATHUM ACUTUM. Häſtſyra. *Rumex obtusifolius* Lin., *cet.* Hexandria
*Radix.* nf Polygoneæ.

*LAPILLI CANCRORUM. Kräftſtenar. *Astacus fluviatilis* Fabr.
*Concrementa calcarea.*

*LAPIS SUILLUS. Orſten. *Carbonas calcicus bituminatus.* Fossilis.

*LAVENDULA. Lawendel. *Lavandula Spica* Willd. (*L. vera* De Cand.). Suffrutex Europæ australis, apud nos cultus. Didyna-
*Flores* nuper explicati. mia = Labiatæ
*Oleum* (ætheroleum florum).

LAURUS. Lager. *Laurus nobilis* Lin. Europa australis, cet. Enneandria
*Baccæ* (drupæ) siccatæ nf Laurineæ.
*Oleum* e drupis expressum.

*LEDUM vide ROSMARINUS SYLVESTRIS.

*LEVISTICUM. Libſticka. *Levisticum officinale* Koch. (*Ligusticum Levisticum* Lin.) Europa australior; nobis hortense.
*Radix.* Pentandria nf Umbelliferæ

*LICHEN CARAGHEEN. *Sphærococcus crispus* Ag. Ad littora Angliæ et Hiberniæ frequens, nec non Sueciæ occidentalis et Norvegiæ passim.
*Planta integra.* Cryptogam: Algæ.

*LICHEN vel MUSCUS ISLANDICUS. Islandsmoſsa. *Cetraria islandica* Ach. In montosis & sylvaticis Europæ borealis.
*Planta integra.*

Cryptogamia nf Lichenes.

LIGNUM CAMPECHIANUM. Campecheträd. *Hæmatoxylon campechianum* Lin. America calidior. Decandria nf Leguminosae.
*Lignum*.

*LINUM. Lin. *Linum usitatissimum* Lin.
*Semina*. Pentandria nf Lineae.
*Oleum* seminibus expressum.

LIQUIRITIA vel GLYCYRRHIZA. Lakritsrot. *Glycyrrhiza glabra* Lin. Europa meridionalis.
*Radix* excorticata. Diadelphia nf Leguminosae.
*Succus* (extractum radicis siccum). Lakrits.

*LITHARGYRIUM. Glete. Silfwerglitt. *Oxidum plumbicum* ex argenti cupellatione.

*LUPULUS vel HUMULUS. Humle. *Humulus Lupulus* Lin. Dioecia nf Urticeae.
*Strobili* cum seminibus.

*LYCOPODIUM. Gul Nicht. *Lycopodium clavatum* Lin. Cryptogamia nf Lycopodiaceae.
*Semina* vel *Farina* (sporæ).

MACIS vide NUX MOSCHATA.

MAGNESIA ALBA. Magneſia. *Hydrocarbonas magnesicus*. Mg C + Mg Hc.

*MAGNESIUM NIGRUM. Brunſten. *Superoxidum manganicum nativum*. Fossile. Mn

*MALTUM vide HORDEUM.

*MALVA. Kattoſt. *Malva rotundifolia* Lin. & *M. pusilla* With. Monadelphia
*Folia*. nf Malvaceae.

MANNA ELECTA vel CALABRINA OPTIMA. *Ornus europæa* Pers. (*Fraxinus Ornus* Lin.) Europa australis, Calabria præsertim et Sicilia.
*Succus*, sponte vel arboris vulneratione, e trunco ramisque exsudans et in aëre induratus.
Polygamia nf Leguminosae.

MARUM. Kattgräs. *Teucrium Marum* LIN. Suffrutex Europæ australis. Didynamia
*Herba* florens. nf. Labiatæ

MASTIX vel MASTICHE. *Pistacia Lentiscus* LIN. Arbor Orientis et Europæ australis.
*Resina*. Dioecia nf Terebinthaceæ

*MEL. Honing. *Apis mellifica* LIN.
*Materia saccharina* e nectariis florum ab apibus collecta et parata. E favis sponte stillans.

*MELILOTUS. Meloten. *Melilotus officinalis* LAM. Diadelphia nf Leguminosæ
*Herba* cum floribus.

*MELISSA CITRINA. Citron-Meliß. *Melissa officinalis* LIN. Europa media & australis; apud nos culta. Didynamia nf Labiatæ
*Herba* florens.

*MENTHA CRISPA. Krusmynta. *Mentha crispa* LIN., *cet.* (plurium Mentharum formæ crispæ, imprimis *M. sylvestris* et *M. sativæ*, cultæ et culturâ ortæ).
*Herba*, floribus nuper explicatis ut supra

*MENTHA PIPERITIS. Pepparmynta. *Mentha piperita* LIN. et *M. Langii* STEUD. Anglia; apud nos culta.
*Herba* efflorescens. u. s.

MERCURIUS VIVUS vide HYDRARGYRUS.

*MEZEREUM. Tibast. Källerhals. *Daphne Mezereum* LIN. Octandria nf Thymeleæ
*Cortex* trunci et radicis.

*MILLEFOLIUM. Rölleka. *Achillea Millefolium* LIN.
*Summitates* (corymbi) florentes.

Syngenesia nf Compositæ
Corymbiferæ

MINIUM. Mönja. *Superoxidum plumbicum* cum *Oxido plumbico* junctum. Pb+2Pb.

MOSCHUS TUNQUINENSIS vel CHINENSIS. Äkta Myſk eller Desman. *Moschus moschiferus* LIN. Alpes Asiæ mediæ, ut regni Tibetani, Chinæ.

*Materia propria*, folliculo sub ventre maris pone umbilicum posito inclusa. Folliculi integri, textu celluloso intersepti et moscho repleti.

*MUSCUS ISLANDICUS vide LICHEN.

MYRRHA ELECTA. *Balsamodendron Myrrha* EHRENB., *cet.* Arabia, cet. Octandria

*Gummi-resina.* nf Terebinthaceæ.

*MYRTILLUS. Blåbär. *Vaccinium Myrtillus* LIN. Octandria nf Vaccineæ

*Baccæ* siccatæ.

NAPHÆ FLORES vide AURANTIUM.

*NICOTIANA vel TABACUM. Tobak. *Nicotiana Tabacum* LIN. America calidior; apud nos culta. Pentandria nf Solanaceæ.

*Folia* recentia et siccata.

*NITRUM CRUDUM. Nå Salpeter. *Nitras kalicus communis.* KN.

NUX MOSCHATA. Muſkot. *Myristica moschata* LIN. Arbor indiæ orientalis, insularum præsertim Moluccensium. Dioecia

*Macis* (arillus). Muſkotblomma. nf Myristicineæ

*Oleum Macidis* (ætheroleum arilli).

*Nux* (nucleus putamine liberatus).

*Oleum.* Muſkotbalſam. E nucleis expressum.

☿NUX VOMICA. Räfkaka. *Strychnos Nux vomica* LIN. India orientalis.

*Semina* fructus majoris baccati.

Pentandria nf Strychneæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0035-5
DFG

OLEUM ANTHOS vide ROSMARINUS.

OLEUM BERGAMOTTÆ. Bergamoolja. *Citrus Bergamium* Risso. Arbor Asiæ, in Europa australi culta.

*Ætheroleum* e flavedine fructus.

OLEUM CAJEPUT. Cajeputolja. *Melaleuca Cajeput* Roxb., *cet.* India orientalis.

*Ætheroleum* foliorum.

OLEUM CASSIÆ. Kanelolja. *Cinnamomum aromaticum* Nees. (*Laurus Cassia* Ait.) India orientalis, China.

*Aetheroleum* corticis & florum.

OLEUM DE CEDRO vide CITRUS.

OLEUM JECORIS ASELLI FLAVUM et FUSCUM. Gul och brun Lefwertran eller Stock-fiſklefwertran. *Gadus Morrhua* Lin. aliæque Gadi species. Norvegia, cet.

*Oleum hepatis*, optimum Bergense.

OLEUM LAVENDULÆ vide LAVENDULA.

OLEUM LINI vide LINUM.

OLEUM MACIDIS vide NUX MOSCHATA.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ vide NUX MOSCHATA.

OLEUM OLIVARUM. Olivolja. *Olea europæa* Lin. Arbor Europæ australis aliarumque regionum calidarum, ex Asia orta.

*Oleum* e drupis expressum.

*O. commune.* Bomolja.

*O. florentinum* vel *provinciale.* Matolja.

OLEUM ORIGANI CRETICI. *Origanum smyrnæum* Lin., *cet.* Regio mediterranea orientalis.

*Ætheroleum* e spicis paratum.

OLEUM PALMÆ. Palmolja. *Elais guineensis* Jacq. Guinea; in America calida, cet. culta.

*Oleum* e pericarpio expressum.

OLEUM PETRÆ vide PETROLEUM.

OLEUM RICINI. Ricinolja. *Ricinus communis* Lin. Zonæ calidæ.
*Oleum* e seminibus expressum.

OLEUM SUCCINI CRUDUM. Bernſtensolja.
*Oleum empyreumaticum Succini.*

OLEUM TEREBINTHINÆ. Terpentinolja. *Pinus Pinaster* Ait. (*P. maritima* Lam.) Europa australior.
*Ætheroleum* crudum.

OLEUM VITRIOLI vide ACIDUM VITRIOLI.

OLIBANUM, ol. THUS VERUM. Wirak. *Boswellia serrata* Colebr. India orientalis.
*Materia resinosa,* sponte vel arbore sauciata, e trunco prodiens et in aëre solidescens.

☿OPIUM LEVANTICUM seu SMYRNÆUM. *Papaver somniferum* Lin.
*Succus lacteus* e capsulis sauciatis stillans, concretus.

*OSSA BOVIS vel PECORUM. Oxben. *Bos Taurus* Lin.

OSSA SEPIÆ. Hwalfiſkfjäll. *Sepia officinalis* Lin. In mare, præsertim mediterraneo.
*Scutum dorsale.*

*OVUM GALLINACEUM. Hönsägg. *Gallus domesticus* Briss.

*OXYCOCCUS. Tranbär. *Oxycoccus palustris* Pers. (*Vaccinium Oxycoccus* Lin.)
*Baccæ* recentes.

*PADUS. Hägg. *Prunus Padus* Lin.
*Cortex* ramulorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0037-7

*PAPAVER. Vallmo. *Papaver somniferum* Lin. Ex Oriente; apud nos cultum.
*Capita* (capsulæ nondum maturæ, seminibus liberatæ). Polyandria
*Semina* matura. nf Papaveraceæ.
*Succus concretus* vide OPIUM.

PASSULÆ MAJORES vel UVÆ PASSÆ. Russin. *Vitis Vinifera* Lin. Frutex sarmentosus ex Oriente introductus, ab antiquissimis temporibus in Europa media & australi, cet. cultus.
*Baccæ* maturæ siccatæ. Pentandria nf ampelideæ.

PASSULÆ MINORES vel CORINTHIACÆ. Korinter. *Vitis vinifera* var. *apyrena* Lin. Frutex sarmentosus, in insulis maris Ægei cultus.
*Baccæ* maturæ siccatæ. ut supra

PECHURIM FABA. Kryddböna. *Ocotea Puchury major* Mart. (*Nectandra* Nees.) America calida, præsertim Brasilia. Enneandria.
*Cotyledones* majores. nf: Laurineæ.

PETROLEUM vel OLEUM PETRÆ. Bergolja. *Ætheroleum nativum*. Fossile Asiæ, Europæ.

*PETROSELINUM. Persilja. *Petroselinum sativum* Hoffm. (*Apium Petroselinum* Lin.) Europa australis; apud nos cultum. Pentandria
*Semina* (achenia). nf Umbelliferæ

*PHELLANDRIUM. Stäkra. *Phellandrium aquaticum* Lin. ut supra
*Semina* (achenia).

☿PHOSPHORUS. Fosfor.

PIGMENTUM INDICUM vide INDIGO.

*PIMPINELLA. *Pimpinella Saxifraga* Lin.
*Radix*.

Pentandria nf Umbelliferæ.

*PINUS. Tall. *Pinus sylvestris* LIN.
*Turiones* (ramuli nondum explicati.) Tall-ſtrunt. Primo vere colligendi.
*Colophonium*, *Pix*, *Resina flava*, *Terebinthina communis* } vide suis locis.

PIPER ALBUM. Hwitpeppar. *Piper nigrum* LIN. India orientalis.
*Semina* matura, pulpâ remotâ.

PIPER HISPANICUM vel INDICUM. Spanſk Peppar. *Capsicum annuum* LIN. America calida, India; in Europa cultum.
*Baccæ* submaturæ, siccatæ.

PIPER JAMAICENSE. Kryddpeppar. Piment. *Eugenia Pimenta* DE CAND. (*Myrtus Pimenta* LIN.) India occidentalis.
*Baccæ* nondum maturæ, siccatæ.

*PIX. *Pinus sylvestris* LIN.
*P. liquida.* Tjära.
*P. solida* vel *sicca.* Beck.

*PLUMBUM LAMINATUM. Walſadt Bly.

*POLYPODIUM. Stenſöta. *Polypodium vulgare* LIN.
*Radix.*

*POMA ACIDULA. Sura Äpplen. *Pyrus Malus* LIN.
*Fructus* recens arboris cultæ.

*POTASSA CALCINATA vel ALKALI VEGETABILE FIXUM IMPURUM. Pottaſka. *Carbonas kalicus communis.*

PYRETHRUM. Bertramsrot. *Anacyclus Pyrethrum* SCHRAD. Regio mediterranea; varietas in Thuringia culta.
*Radix.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0039-1

QUASSIA. *Quassia amara* Lin. et *Simaruba excelsa* De Cand. Hæc Surinamensis, illa Jamaicensis.

*Lignum.*

*QUERCUS. Ek. *Qvercus Robur* Lin.

*Cortex* trunci, parte exteriori remotâ.

*Glandes.* Ollon. Decorticatæ, siccatæ.

*RANUNCULUS ALBUS. Hwitſippa. *Anemone nemorosa* Lin.

*Herba* recens cum floribus.

RATANHIA. *Krameria triandra* Ruiz et Pav., *cet.* Peruvia.

*Radix.*

*Extractum*, origine incertum.

REGULUS ANTIMONII vide STIBIUM.

RESINA ELASTICA. Kautſchuk. *Siphonia elastica* Pers., *cet.* America calida, Brasilia, Guyana, cet.

*Materia propria*, emulsionis formâ ex arbore vulnerata effluens, in aëre demum solidescens. Lagenæformis eligenda.

RESINA FLAVA. Ljuſt Harts. *Pini species*, præsertim *P. Pinaster* Ait.

*Resina* e balsamo nativo parata.

RHEUM vel RHABARBARUM INDICUM vel CHINENSE. Indiſk eller Chineſiſk Rhabarber. *Rhei* species nondum satis notæ (*Rh. palmatum* Lin.? *Rh. australe* Don?, *cet.*) Montes altiores Asiæ mediæ, Regni Tibetani, China, cet.

*Radix* mundata.

*RIBES NIGRUM. Swarta Winbär. *Ribes nigrum* Lin.

*Folia* tenera.

*Baccæ* recentes, et conditæ calycibus liberatæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0040-2
DFG

*RIBES RUBRUM. Röda Winbär. *Ribes rubrum* Lin. *ut supra*
*Baccæ* recentes.

RICINUS vide OLEUM RICINI.

*ROSA DOMESTICA vel PURPUREA. Ättik-roſor. *Rosa gallica* Lin. Frutex Europæ australioris, apud nos cultus.
*Petala*, ante perfectam explicationem collecta, unguibus resectis. *Icosandria af Rosaceæ Senticosæ.*

*ROSA MULTIPLEX vel INCARNATA. Dubbla Törnroſor. *Rosa centifolia* Lin. Frutex in Europa ubique cultus.
*Petala* recentia vel salita. *ut supra*

ROSMARINUS. Rosmarin. *Rosmarinus officinalis* Lin. Europa australis. *Diandria af Labiatæ.*
*Folia.*
*Oleum Anthos* (ætheroleum).

*ROSMARINUS SYLVESTRIS vel LEDUM. Squattram. Getpors. *Ledum palustre* Lin. *Decandria*
*Summitates* florentes (flores cum foliis). *af Ericineæ.*

*RUBUS IDÆUS. Hallon. *Rubus idæus* Lin.
*Baccæ* recentes. *Icosandria af Rosaceæ-Senticosæ.*

SABADILLA. Sabadill. Huſarfrö. *Sabadilla officinalis* Brandt, *cet.* Planta Mexicana.
*Semina* capsulis inclusa. *Polygamia af Colchicaceæ.*

SABINA. Säfwenbom. *Juniperus Sabina* Lin. Europa australis. *Dioecia af Coniferæ-Galbuliferæ.*
*Ramuli* tenerrimi.

SACCHARUM. Socker. *Saccharum officinarum* Lin. ex India orientali, nunc in omnibus fere regionibus calidis cultum, et *Beta vulgaris* Lin. var. *saccharina.*
*Saccharum album.* Raffineradt Socker.
*Saccharum candum.* Bröſtſocker.
*Triandria af Gramineæ.*

SACCHARUM LACTIS vide LAC.

SACCHARUM SATURNI. Blyſocker. *Acetas plumbicus communis.*

SAL ACETOCELLÆ. Harſyreſalt. Bläckpulwer. *Bioxalas kalicus.* Decandria nf Oxalideæ.

SAL AMMONIACUM DEPURATUM. Salmiak. *Chloretum ammonicum.*

SAL CATHARTICUM vel ANGLICUM vel SEDLICENSE. Bitterſalt. Engelſkt Salt. *Sulphas magnesicus.*

SAL COMMUNE vel CULINARE. Kokſalt. *Chloretum natricum.*

SAL ESSENTIALE TARTARI vide ACIDUM TARTARICUM.

SAL GLAUBERI vel ALKALI MINERALE VITRIOLATUM. Glauberſalt. *Sulphas natricus.*

SAL SUCCINI vide ACIDUM SUCCINICUM.

SAL VOLATILE vide AMMONIACUM CARBONICUM.

SALEB. *Orchidis* species, præsertim orientales; ex Europæis *O. Morio* Lin., *O. mascula* Lin., *cet.* *Radix* (tubera). Gynandria nf Orchideæ.

*SALIX. Jolſter. *Salix pentandra* Lin. *Cortex* ramulorum. Dioecia nf Salicineæ

*SALVIA. *Salvia officinalis* Lin. Suffrutex Europæ australis, apud nos cultus. *Folia.* Diandria nf Labiatæ

*SAMBUCUS. Fläder. *Sambucus nigra* Lin. *Flores* (cymæ florentes). *Baccæ* recentes. Pentandria nf Caprifoliaceæ

SANGUIS DRACONIS. Drakblod. *Calamus Draco* Lin., *cet.* India orientalis, Sumatra præsertim. Hexandria nf Palmæ.

*Resina* e fructibus squamulosis sponte exsudans.
In lacrymis vel baculis.

SANTALUM RUBRUM. Rödt Sandelträd. *Pterocarpus Santalinus* Lin. fil. India orientalis.
*Lignum.* Diadelphia Nf. Leguminosæ.

SANTONICUM vide CINA.

SAPO ALBUS HISPANICUS vel DURUS ALICANTINUS. Silkestwål. *Sapo natricus* ex Oleo Olivarum.

SAPO E BUTYRO vel AD OPODELDOC. Smörtwål.

*SAPO MOLLIS NIGER vel VIRIDIS. Grön Såpa. *Sapo kalicus* ex Oleo seminum Cannabis et sevo.

*SAPONARIA. Såpört. *Saponaria officinalis* Lin. Europa media et australis; apud nos plerumque culta.
*Radix.* Decandria Nf. Caryophylleæ.

SARSAPARILLA. Sarſaparill. *Smilacis* species (*S. media* Schlecht., *S. syphilitica* Humb., *S. officinalis* Kunth, *cet.*). America media. Dioecia Nf. Smilacineæ.
*Radix.* De Honduras eligenda.

SASSAFRAS. *Sassafras officinalis* Nees. (*Laurus Sassafras* Lin.) America septentrionalis.
*Radix* cum cortice. Enneandria Nf. Laurineæ.

SCAMMONIUM ALEPPENSE. *Convolvulus Scammonia* Lin. Asia media, Syria. Pentandria Nf. Convolvulaceæ.
*Succus lacteus* radicis sauciatæ concretus.

SCILLA. Sjölök. *Scilla maritima* Lin. In maritimis regionis mediterraneæ. Hexandria
*Radix* (squamæ bulbi). Liliaceæ–asphodeleæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0043-9

*SCORDIUM. Gamander. *Teucrium Scordium* Lin. In Europa media et australi frequens, apud nos rarius. Didynamia af Labiatae.
*Herba.*

*SECALE. Råg. *Secale cereale* Lin.
*Farina* seminum subtilissima. Rågmjöl.

*SECALE CORNUTUM. Mjölöka. Mjöldryga. *Spermoedia Clavus* Fries.
*Semina* secalis fungoso-morbosa, ante perfectam maturitatem e spicis in agro colligenda. Triandria af Gramineae.

*SEDUM ACRE. Fetknopp, Hällegräs. *Sedum acre* Lin. Decandria af Crassulaceae.
*Herba* recens.

SENEGA. *Polygala Senega.* Lin. America borealis, Virginia imprimis et Pensylvania.
*Radix.* Diadelphia af Polygaleae.

SENNA sic dicta ALEXANDRINA. Alexandrinſka Sennetsblad. *Cassia acutifolia* Delile (*C. Senna* var. α Lin.) et *C. obovata* Collad. Ægyptus, Nubia, cet.
*Foliola* utrinsque plantæ ita mixta, ut præponderet C. acutifolia. Decandria af Leguminosae.

SERPENTARIA VIRGINIANA. *Aristolochia Serpentaria* Lin., *cet.* America borealis, præsertim Virginia.
*Radix.* Gynandria af Aristolochieae.

*SEVUM BUBULUM. Oxtalg. *Bos Taurus* Lin.

*SEVUM HIRCINUM. Bocktalg. *Capra Hircus* Lin.

*SEVUM OVILLUM. Fårtalg. *Ovis Aries* Lin.

SIMARUBA. *Simaruba officinalis* De Cand. America meridionalis calida, Cayenne.
*Cortex.* Decandria af Simarubeae.

*SINAPIS ALBA. Hwit Senap. *Sinapis alba* Lin. Europa media; apud nos culta.
*Semina.* Tetradynamia ns: Cruciferæ.

*SINAPIS NIGRA. Swart-Senap. *Sinapis nigra* Lin.
*Semina.*

SODA DEPURATA. Renad Soda. Kolſyradt Natron. *Carbonas natricus crystallisatus.*

SPATHUM PONDEROSUM. Tungſpat. *Sulphas barythicus nativus.* Fossile.

SPERMA CETI vel CETACEUM Hwalrat. *Physeter macrocephalus* Lin. In Oceano Atlantico.
*Pinguedinis pars solidescens*, in propriis loculamentis sub cute capitis et dorsi contentæ. Mammalia Cetaceæ

*SPIRITUS FRUMENTI. Bränwin. Pond. spec. = 0.94.

SPIRITUS VINI GALLICUS. Franſkt Bränwin. Pond. spec. = 0.933.

SPONGIA MARINA. Badſwamp. *Spongia officinalis* Lin. Mare mediterraneum.
*Pars fibroso-cellulosa*, materiâ carnosâ remotâ. Zoophyta.

STANNUM MALACCENSE. Malacca Tenn.

STAPHISAGRIA. Staffansfrö. *Delphinum Staphisagria* Lin. Europa australis.
*Semina.* Polyandria ns Ranunculaceæ.

STIBIUM METALLICUM. Antimon-metall.

*☿STRAMONIUM. Spikklubbsört. *Datura Stramonium* Lin. Europa media, cet.; apud nos plerumque culta.
*Folia.* Pentandria ns Solanaceæ
*Semina.*

STYRAX CALAMITUS. Storax. *Styrax officinalis* Lin. Frutex vel arbuscula præsertim Orientis. Decandria nf Styracineæ.
*Resina* e trunco inciso prodiens.

SUCCINUM FLAVUM. Bernſten. Litora maris Baltici, cet., imprimis Borussiæ.
*Resina fossilis.*

*SULPHUR. Swafwel.
*Sulphur citrinum.* Stångſwafwel.
*Flores Sulphuris.* Swafwelblomma. Sulphur sublimatum.

*TABACUM vide NICOTIANA.

TAMARINDUS-ORIENTALIS. Oſtindinſk Tamarind. *Tamarindus indica* Lin. var. *orientalis.* India orientalis. Monadelphia
*Pulpa* e lomentis deprompta, seminibus et fibris sæpius mixta. nf Leguminosæ.

*TANACETUM. Renſana. *Tanacetum vulgare* Lin. Syngenesia nf Compositæ –
*Summitates* (corymbi) florentes. Corymbiferæ.

*TARAXACUM. Maſkros. *Leontodon Taraxacum* Lin.
U: J:
*Radix* recens et siccata.

TARTARUS CRUDUS. Winſten. *Bitartras kalicus communis.*

TARTARUS DEPURATUS vel CRYSTALLI TARTARI. *Bitartras kalicus depuratus.*

TEREBINTHINA COMMUNIS. Tjock Terpentin. *Pini* species, præsertim *P. Pinaster* Ait. (vide OLEUM TEREBINTHINÆ).
*Balsamum* sponte, vel incisionibus ſactis, e truncis exsudans. Monoecia nf Coniferæ

TEREBINTHINA VENETA vel LARICINA. Venediſk Terpentin. *Pinus Larix* Lin. Arbor Europæ australioris, cet., apud nos culta.

ut supra

*Balsamum* vel sponte vel ex arbore vulnerata prodiens.

TERRA JAPONICA vide CATECHU.

*TESTÆ OSTREARUM. Oſtronſkal. *Ostrea edulis* Lin.

*Valvæ* conchæ.

*THYMUS. Timjam. *Thymus vulgaris* Lin. Europa australis; apud nos cultus.

*Herba* efflorescens.

☿TIGLIUM vide GRANA TIGLII.

*TILIA. Lind. *Tilia europæa* Lin.

*Flores* (cymæ florentes cum bracteis).

*TORMENTILLA. Blodrot. *Tormentilla erecta* Lin.

*Radix.*

TRAGACANTHA ELECTA. Fin Dragant. *Astragali* species (*A. verus* Oliv., *A. gummifer* Labill., *A. creticus* Lin.) Asia minor, Persia, Syria, Græcia, cet.

*Materia mucosa* e trunco fruticuli sponte prodiens.

*TRIFOLIUM AQUATICUM. Wattenklöfwer. *Menyanthes trifoliata* Lin.

*Folia.*

*TRITICUM. Hwete. *Triticum vulgare* Vill.

*Farina Seminum.* Hwetemjöl.

*Amylum* vide suo loco.

*TUSSILAGO. Häſthof. *Tussilago Farfara.* Lin.

*Folia.*

VALERIANA MINOR. Wändelrot. *Valeriana officinalis* Lin.

*Radix* locis siccioribus e varietate minori colligenda et illota siccanda.

VANILLA. Wanilj. *Vanilla aromatica* Swartz. India occidentalis, Mexico.

*Siliqua* (capsula) nondum matura.

*VERBASCUM. Kungsljus. *Verbascum Thapsus* Lin., *V. thapsiforme* Schrad. et *V. phlomoides* Lin. Pentandria nf Solanaceæ.
*Flores* (corollæ).

VINUM. Win. *Vitis vinifera* Lin. Frutex sarmentosus, in zonis mitioribus ubique cultus.
*Succus* baccarum fermentatus.
*Vinum gallicum album.* Gammalt hwitt Franſkt Win. Pentandria nf Ampelideæ
*Vinum gallicum rubrum.* Bordeaux-Win.
*Vinum de Malaga.* Malaga-Win.
*Vinum de Oporto.* Port-Win.
*Vinum Rhenanum.* Rhenſkt Win.
*Vinum de Xeres.* Xeres-Win.

*VIOLA TRICOLOR vel HERBA JACEÆ. Styfmorsblomma. *Viola tricolor* Lin. Pentandria
*Herba* cum floribus. Violarieæ.

VIRIDE ÆRIS vide ÆRUGO.

*VITIS IDÆA. Lingon. *Vaccinium Vitis idæa* Lin.
Octandria nf Vaccineæ *Baccæ* conditæ et baccæ aquâ servatæ.

VITRIOLUM DE CYPRO vel CUPRI. Kopparvitriol. *Sulphas cupricus.*

*ULMUS. Alm. *Ulmus campestris* Lin.
*Cortex* interior (liber). Pentandria nf Ulmaceæ.

*UVA URSI. Mjölonris. *Arbutus Uva ursi* Lin.
*Folia.* Decandria nf Ericineæ.

ZEDOARIA. Sittwer. *Curcuma Zedoaria* Rosc. India orientalis.
*Radix.* Monandria nf Amomeæ.

ZINCUM. Zink.

ZINGIBER. Ingefära. *Zingiber officinale* Rosc. In India orientali spontaneum, in India occidentali cultum. ut supra.
*Radix depurata* (R. Zingiberis alba).
*Radix condita* (Conditum Zingiberis).

# PHARMACA PRÆPARANDA.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0049-7

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0050-8

## ACETAS CUPRICUS.

### Aerugo crystallisata.

*Ærugo*, in pulverem redacta, *Acido acetico diluto*, *Aquæ destillatæ* sufficientem copiam addendo, solvitur. Solutum, per chartam colatum, additâ parvâ *Acidi acetici diluti* quantitate, leni calore vaporat, ut eliciantur crystalli, quæ, inter chartæ plagulas siccatæ, in vase probe clauso ad usum servantur.

## ACETAS KALICUS.

### Alkali vegetabile acetatum vel Terra foliata Tartari.

*Acido acetico diluto* in vase vitreo capaci per vices admiscetur *Carbonatis kalici depurati*, quantum ad saturationem requiritur. Liquor hinc oriundus, in vase fictili vel porcellaneo vaporando ad dimidium consumptus, per chartam colatur et, addito *Acido acetico diluto*, acidus redditur; quo facto, inter continuam cum baculo vitreo agitationem, balnei vaporis calore iterum evaporat, donec exsiccetur. Sal concretus in vas vitreum, probe siccum et bene obturandum, statim ingeritur.

## ACETAS MORPHICUS. ☿

*Morphina*, in pulverem redacta, *Acido acetico diluto* solvitur, et solutio colata in vase, ma-

gnam superficiem præbente, ad temperaturam $+40-50^0$ C., ad siccum usque evaporat. Massa crystallina in vase vitreo, bene clauso asservatur.

---

## ACETAS PLUMBICUS.

### Saccharum Saturni purificatum.

*Sacchari Saturni* pars una
in *Aquæ destillatæ* partibus duabus
solvitur. Liquidum per chartam colatur et loco tepido, admixtâ *Acidi acetici diluti* parvâ copiâ, ut crystallos demittat, seponitur. E liquido remanente, iteratâ vaporatione ad dimidium consumpto, eodem modo crystalli formantur. Acetas plumbicus, hoc modo purificatus, chartâ bibulâ siccatur et, ne fatiscat, in vitro clauso servatur.

---

## ☿ ACETAS STRYCHNICUS.

E *Strychnina* pulverata, additâ Aquâ destillatâ, paratur, ut de Acetate morphico præscriptum est; atque eodem modo servatur.

---

## ACETA MEDICATA.

Parantur macerando per præscriptum temporis spatium, humorem deinde exprimendo et, post subsidentiam, per chartam colando. In lagenis vitreis in cella asservantur.

Omnis maceratio ad temperaturam ordinariam fit, interdum agitando vel ipsum vas vel substantias, quæ in eo contineantur.

---

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0052-9

## ACETUM AROMATICUM.

### Acetum prophylacticum.

Rec. *Caryophyllorum* contusorum drachmam, p. 1.
*Lavendulæ florum* incisorum unicam, p. 8.
*Rosmarini foliorum*,
*Salviæ foliorum*, singulorum incisorum uncias duas, . . . . . . . . . . . . . . p. 16.
*Aceti Vini* libras quattuor . . . . . . p. 384.
Macerantur per quattuor dies.

---

## ACETUM ROSÆ.

Rec. *Rosæ domesticæ petalorum* incisorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aceti Vini* libram . . . . . . . . . . . . . p. 12.
Macerantur per quatriduum.

---

## ACETUM RUBI IDÆI.

Rec. *Rubi idæi baccarum* recentium, mundatarum et in pultem redactarum, libras sex, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Aceti Vini* libras quattuor . . . . . . . p. 2.
Macerantur per dies quattuordecim. In lagenis non amplis servatur.

---

## ACETUM SCILLÆ.

### Acetum scilliticum.

Rec. *Scillæ radicis*, siccatæ et minutim concisæ, unciam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aceti Vini* libram . . . . . . . . . . . . . p. 12.
Macerantur per octo dies.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0053-5
DFG

## ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM.

Rec. *Sacchari Saturni*, leni calore in vase porcellaneo (ne pars quædam salis destruatur, ab igne sæpius removendo) inter agitandum, donec sal aquam amiserit, calefacti et deinde pulverati, libras quinque, . . . . . . . . . . p. 10.
*Acidi Vitrioli*, coctione ab aqua excedente liberati et plane decoloris, uncias duodeviginti . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

Saccharum Saturni in retortam vitream, tubulatam, siccam, adaptato lege artis excipulo vitreo, caute immittitur, ne collum retortæ inquinetur; acido deinde partitis vicibus per tubulum instillato, miscela ope baculi vitrei agitatur, quo facto fit destillatio ex balneo Chloreti calcici, quamdiu acidum prodit, quod in ampulla vitrea, epistomio vitreo instructa servatur. Pondus specificum 1.063 erit.

Si acido sulphuroso inquinatum esset acidum, super
*Magnesii nigri*, subtilissime pulverati, uncias quinque . . . . . . . . . . . p. 1.
rectificetur, necesse est.

---

## ACIDUM ACETICUM DILUTUM.

Rec. *Sacchari Saturni* crystallisati libras quattuor, . . . . . . . . . . . . . . p. 48.
*Acidi Vitrioli* uncias tredecim, . . . . p. 13.
*Aquæ destillatæ* libris duabus . . . . p. 24.
diluendas. Miscentur in retorta satis ampla et, post digestionem per horas viginti quattuor, fit destillatio usque ad siccum, excipulo non plane clauso et ad finem destillationis sæpius mutando, ita ut illam acidi portionem, quæ acido

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0054-1 DFG

sulphuroso inquinata, prodit, separatim excipere liceat. Acidum purum, cujus pondus specificum 1.04 erit, in lagenis vitreis, probe clausis servatur.

Acidum, ab acido sulphuroso inquinatum, destillando super *Magnesii nigri* pulverem purificatur.

---

## ACIDUM BENZOICUM.

### Flores Benzoës.

*Benzoë amygdaloides,* grandiuscule pulverata, in sartaginem ferream vulgarem immittitur. Supra orificium sartaginis charta bibula laxioris texturæ expanditur, marginibus ejus supra externam sartaginis oram glutine amylaceo agglutinatis. Supra sartaginem et chartam expansam conus vel cylindrus e charta densioris texturæ construitur, funiculi ope supra sartaginis parietes fortiter alligandus. Sartago, tali modo præparata, in laminam ferream, strato arenæ intersperso, imponitur; quo facto ignis lenis sub lamina accenditur, per horas quattuor vel sex æquabiliter alendus. Tota supellectile post refrigerium subversâ et funiculo dissoluto cylindrus, acidum sublimatum continens, amovetur.

---

## ACIDUM BORICUM.

### Sal sedativum Hombergi.

Rec. *Boracis* pulveratæ uncias quattuor, . p. 2.
*Aquæ destillatæ* ferventis uncias decem p. 5.

In vase vitreo miscentur, ut Borax dissolvatur; tum solutioni etiamnunc fervidæ instillantur

*Acidi hydrochlorici* unciæ duæ . . . . . p. 1.

Crystalli, e liquore post refrigerium depositæ, chartâ colliguntur et *Aquâ destillatâ* frigidâ abluuntur; deinde in parva aquæ ferventis quantitate liquescunt et, e solutione colata iterum depositæ atque aquâ frigidâ ablutæ, inter chartæ bibulæ plagulas exprimuntur et siccantur. In vase vitreo, clauso servantur.

Liquores, e quibus crystalli demissæ sunt, et aquæ lotionis, si evaporatione deminuuntur, parvam tradunt acidi borici quantitatem, ut jam præscriptum est, purificandam.

---

## ACIDUM HYDROCHLORICUM.

### Acidum muriaticum vel Salis.

Rec. *Aquæ destillatæ* uncias quindecim, . p. 5.
*Acidi Vitrioli* uncias quadraginta quinque, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 15.
*Salis communis*, calore adhibito ab aqua inhærente liberati, libras quattuor p. 16.

Sal cum Acido, Aquâ antea diluto, in cucurbita ad dimidium replenda miscetur, quæ, tubo securitati inserviente instructa et supra balneum arenæ collocata, igne afficitur, ita ut mixtura ferveat. Quod gignitur gas, ope tubi vitrei, bifariam curvati et ad orificium cucurbitæ adaptati, in lagena, *Aquæ destillatæ* libras duas continente, colligitur, ubi tubus summam tantummodo aquam adtingit. Quo autem aqua, quantum fieri possit, gase saturetur, lagena aquâ frigidâ, nive vel glacie immixtâ, cingenda est.

Quando aqua lagenæ, tubo suppositæ, tantum gasis acidi absorbuerit, ut pondus specificum 1.19 ei sit, removenda est, et nova aquæ destillatæ portio in illius locum substituenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0056-2 DFG

Quod si, opere peracto, aquæ pars quædam non perfecte saturata est, servatur, ut, quum eadem alias operatio repetitur, saturari possit.

Servatur acidum in lagenis vitreis, epistomiis vitreis arcte claudendis.

---

## ACIDUM HYDROCYANICUM DILUTUM. ☿

### Acidum Borussicum.

Rec. *Acidi tartarici* drachmas undecim, p. 11.
*Aquæ destillatæ* uncias novem . . . p. 72.

Fit solutio clara, quæ servatur.

Quum jussu Medici practici præparandum est Acidum hydrocyanicum,

*Hujus solutionis* drachma

cum *Cyaneti kalici* granis tribus et dimidio in lagena, statim obturanda, miscetur; mixturâ bene conquassatâ, lagena in aquam frigidam per semihoram immergitur, quo facto liquor clarus a crystallis tartari depositis caute defunditur et ponderatur.

Acidum hocce nullâ conditione servetur paratum, nec nisi ad præscriptum Medici, summâ cautione adhibitâ, paretur; ubi copia quædam ejus superest, hæc semper delenda.

Continet acidi hydrocyanici anydri trigesimam octavam circiter partem vel 2.66 partes centesimas.

---

## ACIDUM NITRICO-NITROSUM.

### Acidum Nitri fumans.

Rec. *Nitratis kalici depurati*, pulverati et siccati, libras quattuor, . . . . . . . . p. 2.
*Acidi Vitrioli* libras duas . . . . . . . . p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0057-8

Nitrati, in retortam vitream, semireplendam immisso, acidum sensim affunditur; quod quidem, si deest retorta tubulata, epistomio vitreo claudenda, fit ope infundibuli, rostro longo incurvoque instructi, summâ tamen adhibitâ cautione, ne gutta quædam acidi collo retortæ adhæreat. Mox retorta in balneo arenæ calefacto collocatur; tum admovetur excipulum, siphone vel tubo incurvo ita instructum, ut crus siphonis interius in excipulum paullum modo intret; crus autem exterius in lagenam, paullum aquæ continentem, ut aquam adtingat, ingeritur, et commissura secundum leges artis clauditur. Destillatur deinde igne primum leni, dein sensim aucto, donec non amplius ulli vapores ascendant.

Quod in excipulo est acidum mox effunditur in vas vitreum, epistomio vitreo claudendum, et in loco frigido et obscuro servatur; pondus specificum 1.50—1.51 habebit.

In lagena manens liquidum est Acidum nitricum valde dilutum.

---

## ACIDUM NITRICUM DILUTUM.

### Acidum Nitri præcipitatum.

Rec. *Aquæ fortis* quantum vis;
cui *Nitras argenticus*, *Aquâ destillatâ* solutus, instillatur, quamdiu Aqua fortis inde fit turbida. Miscela deinde, bene conquassata, in retortam vitream, tubulatam, per tubulum infunditur, vel in retortam sine tubulo per infundibulum, caudâ longâ instructum, immittitur; in retorta vero paullum *Nitratis kalici depurati* et pulverati inest. Adaptatur deinde excipulum capax, et fit, commissurâ non clausâ, ex bal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0058-4

neo arenæ destillatio fere ad siccum. Quod primum prodit destillatum aquosum separatim recipitur; quod vero postea provenit acidum illo aquoso est diluendum, ut pondus ejus specificum 1.25 fiat.

In ampulla, epistomio vitreo bene clausa, loco obscuro servatur.

## ACIDUM QUERCITANNICUM.

Rec. *Gallarum turcicarum*, grandiuscule pulveratarum, quantum vis,
*Ætheris* quantitatem sufficientem.

Tubus vitreus amplus, cujus altera pars in acumen educta est, altera aperta et epistomio claudenda, ope obturamenti suberei lagenæ cuidam ita infigitur, ut a fundo ejus satis distet tubi acumen. Orificio acuminis lanugine gossypii leviter oppleto, pulvis gallarum, aquâ paullulum humectatus, tubo immittitur, Æthere deinde replendo et claudendo. Post aliquot horas apertura tubi clausa returatur, ut liquor e tubo in lagenam decidat, ubi duo omnino strata formantur, unum inferius spissius, alterum superius tenuius; nova vero Ætheris copia tubo est infundenda, dum stratum illud spissius augetur, quod deinde, a superiore strato siphonis ope vel alio quodam modo separatum, exhalatione in balneo vaporis ad siccum reducitur. Massa residua, spongiosa, in vitro bene clauso servatur.

E strato tenuiori Ætheris quædam portio destillando recuperari potest.

## ACIDUM SULPHURICUM DESTILLATUM.

Retortæ vitreæ ope infundibuli, rostro longo incurvoque instructi, infunduntur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0059-2
DFG

*Acidi Vitrioli* libræ duæ vel tres; ubi cavendum, ne collum retortæ acido inquinetur neve retorta ipsa amplior sit, quam ut ad dimidium acido repleatur. Adaptato sine luto vel juncturis excipulo, retorta in balneum arenæ immergitur et mitrâ, e lamina ferrea confectâ, tegitur. Calor deinde balnei augetur ad ebullitionem acidi, quæ ne momento quidem cesset, cavendum est. Quando destillatione elicitæ sunt unciæ circiter duæ vel tres, vas excipiens amovetur et aliud bene siccum et calefactum adaptatur, ita ut collum retortæ in medium excipuli promineat; quo facto destillatio continuatur, usque dum acidi duo trientes provenerint, qui in ampullam vitream, siccam et calefactam, epistomio vitreo probe claudendam, statim ingeruntur. Pondus specificum 1.845 erit.

Ad destillationem bene perficiendam non paullum conducit, fila platinica, ubi ad manus fuerint, spiræ modo flexa, acido immisisse.

## ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

### Spiritus Vitrioli.

Rec. *Acidi sulphurici destillati* quantum placet,
*Aquæ destillatæ* quantitatem octuplam.

Sensim et caute mixta in lagena, epistomio vitreo munita, servantur.

## ÆTHER.

### Æther sulphuricus vel vitriolatus.

Rec. *Spiritus concentrati* partes duas,
*Acidi Vitrioli* partes tres.

Spiritui, vasi idoneo infuso, acidum, subtilissimæ instar chordæ, paullatim admiscetur, vas

interea sæpissime agitando, ut liquor sub instillatione in gyrum moveatur. Mixtura etiamnunc calida retortæ vitreæ, tubulatæ, ad dimidium replendæ, balneo arenæ impositæ et jam calefactæ infunditur, adaptato lege artis excipulo amplo, tubulato, ubi tubulus clauditur subere tubi vitrei deflexi, cujus crus externum in lagenam siccam intrat. Loco excipuli hoc modo instructi, collo retortæ adaptari potest canalis refrigeratorius e stanno puro. Tubulus retortæ epistomio subereo clauditur, quod longius complectitur siphonis crus, amplitudine internâ trium linearum; acumen hujus cruris, ad amplitudinem lineæ coarctatum, liquori immergitur, ut a fundo retortæ satis distet; crus vero brevius in lagenam, quantitatem Spiritus concentrati arbitrariam continentem, usque ad fundum intrat. Tali vel alio quodam modo efficiendum est, ut, ubi sipho Spiritu impletus sit, torquendo spiraculo æneo, ad crus longius siphonis applicato, affluxum Spiritus dirigere liceat.

His rite instructis junctisque, calor balnei caute augetur ad liquoris ebullitionem, quæ haud interrupta sustentatur, excipulo et tubo aquâ frigidâ vel nive continue refrigeratis. Liquori vero, decimâ circiter parte destillando imminutâ, tantum Spiritus per siphonem sensim additur, ut pristinum sui volumen recuperet, cavendo, ne cesset ebullitio; in quo faciendo pergendum, quamdiu Spiritus, ad præparationem ætheris designatus, lagenæ inest.

Præclarius quidem et facilius fit hæc operatio, si affluxus Spiritus ita disponitur, ut thermometrum una cum siphone in liquorem intrans, temperaturam liquoris coquentis $+140^{\circ}$ —$150^{\circ}$ C. semper monstret.

Quum circiter tres Spiritus consumpti quartæ partes in vase excipiente collectæ sunt, destillationi finis est imponendus. Destillatum deinde in lagena, subere claudenda, cum dimidia parte *Aquæ destillatæ, Calce ustâ* admixtâ, quæ aquâ adspersâ in hydratem conversa est, diligenter conquassatur, quo ſacto per horas viginti quattuor seponitur. Post hæc æther supernatans caute defunditur, in alia lagena cum *Chloreto calcico,* grandiuscule pulverato, conquassatur et, post quietem dierum aliquot iterum defusus, lenissimo calore rectificatur; excipulis sæpius mutatis, illa destillati pars, quæ pondus specificum 0.723 possidet, separatim colligitur et in lagenis, subere clausis, servatur ad usum; quæ autem majus habeat pondus specificum, iterata destillatione, calore blandissimo est rectificanda.

Residuum in retorta acidum præparationi Ætheris, alias instituendæ, inservire potest.

---

## ÆTHER ACETICUS.

Rec. *Sacchari Saturni,* ut ad Acidum aceticum concentratum præscriptum est, aquâ liberati, uncias triginta duas, . . . p. 32.
*Spiritus concentrati* uncias novem, . p. 9.
*Acidi Vitrioli* uncias duodecim . . . p. 12.

Mixtura refrigerata e Spiritu et Acido, rite commixtis, Saccharo Saturni, in pulverem redacto, in retorta vitrea superinfunditur. Adaptato excipulo, non plane clauso et diligenter frigefaciendo, destillantur unciæ novem (p. 9), quæ ope *Hydratis calcici* ab acido excedente, et ab aqua ope *Chloreti calcici* ut in æthere purificando jam præscriptum est, liberatæ rectificantur,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0062-5 DFG

cantur, ita ut pondus specificum 0.88—0.89 habeat destillatum. Servatur in lagena, subere probe clausa.

---

## ÆTHER NITRICUS SPIRITUOSUS.

### Spiritus Nitri dulcis.

Rec. *Spiritus concentrati* libras duas . . . p. 4.
In retorta vitrea capaci paullatim adjicitur
*Acidi nitrico-nitrosi* libra dimidia . . . p. 1.

Adaptatur excipulum tubulatum, siphone, ut ad Acidum nitrico-nitrosum dictum est, instructum, et fit destillatio calore balnei vaporis, donec in excipulo, quod quam frigidissimum conservari oportet, collectæ sint unciæ octodecim (p. 3.), quæ cum *Bicarbonate natrico*, in pulverem redacto, conquassantur, quamdiu acidi reactionem præbeant. Separatus post quietem liquor æthereus iteratâ in balneo vaporis destillatione rectificatur et in lagenis parvis, obturamentis subereis bene claudendis, servatur. Pondus specificum 0.84—0.85 erit.

---

## ÆTHER SPIRITUOSUS.

### Liquor anodynus mineralis Hoffmanni.

Rec. *Ætheris* partem unam.
Miscetur cum
*Spiritus concentrati* partibus duabus.
Servatur in lagenis probe clausis.

---

## ÆTHEROLEA.

In ætheroleis parandis, ubi nihil aliud præscriptum fuerit, debitæ substantiæ, rei conve-

nienter deminutæ, imponuntur diaphragmati, ad cribri similitudinem perforato atque in superiori parte alembici æenei collocato, ubi aquæ fluvialis partes quattuor vel sex ad ebulliendum jam calefactæ sint. Adaptato statim capitello cum refrigeratorio, fit destillatio, quamdiu aqua ætheroleo gravida prodit, quæ in lagena vitrea, tubo laterali recurvato munita (excipulo Florentino) colligitur. In vitris parvis, inde repletis ac bene clausis, loco obscuro servanda sunt.

Quæ una cum ætheroleo transiit aqua, ætheroleo ex nova copia ejusdem generis substantiarum eliciendo inservire potest.

Aliâ quoque et quidem præclariori ratione peragitur hæc operatio, si elicitur ætheroleum, adjuvantibus aquæ vaporibus, qui ope tubi ex aheno quodam, aquam semper bullientem continente, usque ad fundum alembici continue deducuntur, ubi substantiæ, aquâ fervidâ humectatæ, collocatæ sunt. Alembicus vero vel balneo vaporis vel circumvoluto stramine calidior est conservandus.

---

## ÆTHEROLEUM ABSINTHII.

### Oleum Absinthii.

Paratur ex *Absinthii summitatibus*.

---

## ÆTHEROLEUM ANISI.

### Oleum Anisi.

Paratur ex *Anisi seminibus*; ubi cavendum, ne majori refrigeratione ætheroleum in vase refrigeratorio concrescat.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0064-7
DFG

## ÆTHEROLEUM CARVI.

Oleum Carvi.

Paratur e *Carvi seminibus.*

---

## ÆTHEROLEUM CARYOPHYLLORUM.

Oleum Caryophylli.

Paratur e *Caryophyllis*, excipulo Florentino ita instructo, ut poscat pondus specificum ætherolei colligendi aquâ gravius.

---

## ÆTHEROLEUM CYMINI.

E *Cymini seminibus* paratur.

---

## ÆTHEROLEUM FOENICULI.

Oleum Foeniculi.

Paratur e *Foeniculi seminibus*; ubi observandum, quod de Ætheroleo Anisi jam monitum est.

---

## ÆTHEROLEUM JUNIPERI.

Oleum Juniperi.

E *Juniperi baccis immaturis* paratur.

---

## ÆTHEROLEUM MENTHÆ PIPERITIDIS.

Oleum Menthæ piperitidis.

E *Menthæ piperitidis herba* paratur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0065-2 DFG

## ÆTHEROLEUM PIPERIS JAMAICENSIS.

Oleum Piperis jamaicensis.

Paratur e *Pipere jamaicensi.*

## ÆTHEROLEUM SABINÆ.

Paratur e *Sabinæ ramulis.*

## ÆTHEROLEUM TANACETI.

Oleum Tanaceti.

Paratur e *Tanaceti summitatibus.*

## ÆTHEROLEUM TEREBINTHINÆ DEPURATUM.

Oleum Terebinthinæ æthereum.

Rec. *Olei Terebinthinæ* quantum placet,
*Aquæ fluvialis* trecuplam quantitatem.

Mixta destillantur, quamdiu prodit ætheroleum.

## ÆTHEROLEUM THYMI.

Paratur e *Thymi herba.*

## ÆTHIOPS ANTIMONIALIS.

Hydrargyrum stibiato-sulphuratum.

Rec. *Sulphuris sublimati eloti* uncias duas, p. 2.
*Sulphureti stibici præparati* uncias tres, p. 3.
*Hydrargyri destillati* uncias quattuor p. 4.

In mortario vitreo vel porcellaneo, ope pistilli, basi dilatatâ præditi, simul teruntur, donec globuli Hydrargyri oculo armato penitus disparuerint.

## ÆTHIOPS MINERALIS.

loco Sulphureti Hydrargyri nigri.

Rec. *Sulphuris sublimati eloti,*
*Hydrargyri destillati,* singulorum uncias tres vel partes æquales.

Miscentur, terendo in mortario vitreo vel porcellaneo amplo diligentissime et diu, donec Hydrargyrum oculo armato penitus evanuerit.

---

## ALKOHOL VINI.

Spiritus concentratissimus.

Rec. *Spiritus concentrati* libras quattuor, . p. 8.
*Carbonatis kalici depurati,* plane sicci, libram unam et dimidiam . . . . . . p. 3.

In lagena, interdum agitanda, per horas duodecim macerantur. Spiritus deinde defusus super
*Chloreti calcici,* in frustula redacti, libras tres et semis, . . . . . . . . . . . . . p. 7.
cum iis antea maceratus, e retorta vitrea rectificatur, ad siccum usque destillando.

Quæ primum prodeunt unciæ separatim colligendæ sunt et, si aquosæ reperiantur, rejiciendæ.

Pondus specificum 0.794 habeat.

---

## ALUMEN USTUM.

Rec. *Aluminis crudi* quantum vis.

In platina satis ampla, ferrea vel fictili nova, incalescit igne leni, sensim sed non nimis augendo, donec aqua abierit et residuum in massam spongiosam, levem, fuerit conversum. Servatur in vase bene clauso.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0067-4

## AMMONIACUM CAUSTICUM.

### Spiritus Salis ammoniaci causticus.

Rec. *Salis ammoniaci depurati,*
*Calcis recens ustæ,* singulorum libras quinque . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 5.

Seorsim pulverata in olla e ferro fuso miscentur, cui statim, ope vinculorum et luti, e gypso farinaque confecti, adfigitur operculum duobus foraminibus instructum; quorum alterum subere integro obturatur, alterum vero subere perforato, tubum vitreum incurvum includente. Deinde per foramen, subere integro claudendum, affunduntur, partitis vicibus et agitando cum baculo ferreo,

*Aquæ destillatæ* libræ circiter quattuor vel tantum,

ut Sal et Calx inter destillandum semper humectentur, et fit, incenso inter hæc igne, non nimis augendo, destillatio. Gas, quod per tubum deducentem prodit, primum per lagenam inanem perducitur et deinde in alia lagena, librarum duodecim fere capace et

*Aquæ destillatæ* libras novem . . . . . p. 9.

continente, continue frigidissima conservanda, colligitur; tubus vero, cujus ope gas in aqua colligitur, ad fundum lagenæ prominet.

Ubi bullulæ gasis rariores finem destillationi imponendum significant, foramen subere clausum extemplo returandum est, ne inter refrigerationem liquores in ollam regrediantur.

Liquori, qui in lagena posteriori continetur, tantum *Aquæ destillatæ* additur, ut pondus specificum 0.95 habeat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0068-0
DFG

## ☿ AMYGDALINUM.

Rec. *Amygdalarum amararum*, subtiliter contusarum, libras duas . . . . . . . . . p. 2.

Oleo earum pingui iteratâ expressione et, si velis, leni calore, sed aquâ haud affusâ, remoto, placenta pulverata cum

*Spiritus concentrati* libris tribus . . . . p. 3.
decoquitur in vase idoneo, ne Spiritus in auras abiens perdatur, sed colligi et in vas refundi possit; quo facto liquor, etiamnunc fervens, colatur, et massa residua cum

*Spiritus concentrati* libris duabus . . . p. 2.
eodem modo tractatur.

Amygdalinum, quod inter refrigerandum e liquoribus spirituosis deponitur, colo colligendum est, Spiritu concentrato frigido edulcorandum, inter chartæ plagulas exprimendum et denique siccandum. Quod si una cum Amygdalino deposito copia quædam olei pinguis subsederit, hæc a liquore spirituoso, ad Amygdalinum solvendum iterum calefacto, accurate separatur, quo facto Amygdalinum, e liquore refrigerato denuo depositum, colligitur.

Amygdalinum siccum in lagena occlusa cum *Ætheris* sufficiente copia quassatur et, Æthere defuso, iterum siccatur; quod si jam non plane album appareat, tale fit solvendo in Spiritus concentrati ferventis sufficiente quantitate, colando et refrigerando.

Liquor ille spirituosus, qui Amygdalinum primum deposuit, destillatione et refrigeratione novam exhibet ejus copiam, ut jam præceptum est, purificandam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0069-8
DFG

## AQUÆ.

*Aquæ*, quæ *destillatæ aromaticæ* dicuntur, ope vaporum aquæ bullientis parantur, ut in ætheroleis jam monitum est, substantiis vel super cribrum, in superiori parte vesicæ destillatoriæ collocatum, immissis vel in vesica ipsa cum aqua commixtis. Quum prodierit præscripta destillati quantitas, hæc, bene conquassata, per nychthemeron seponitur et deinde, colando per chartam madidam, ab ætheroleo deposito vel innatante liberatur.

Servantur loco frigido et obscuro in lagenis clausis, vitreis aut figulinis.

---

## AQUA ACIDI CARBONICI.

### Aqua aërata vel carbonica.

*Aqua fontana*, quam in vase clauso diu servatam non putrescere notum est, in apparatu idoneo, immixtâ *Glaciei* contusæ parte circiter quintâ, cum *Gase Acidi carbonici puro* (aëris atmosphærici experte et per aquam transadacto) tamdiu quassatur, quamdiu Acidi carbonici aliquid ab aqua absorbetur; quod dum fit, aëri, ex aqua expulso, sæpius dandus est evadendi locus.

Aqua, gase saturata, in lagenas vitreas jam frigefactas, quæ suberibus selectis rite obturantur, immittitur. Subera, vinculo apto lagenis infixa, in *Colophonium*, cum *Sevi bubuli* sexta parte commixtum et supra ignem liquefactum, immerguntur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0070-9
DFG

## ☿ AQUA AMYGDALARUM AMARARUM CONCENTRATA.

Rec. *Amygdalarum amararum* partem unam.
Ex contusis et cum
*Aquæ fluvialis* partibus quattuor,
quæ inter agitandum partitis vicibus affunduntur, per horas viginti quattuor maceratis, destillando elicitur pars una.

In vitris parvis caute asservanda est.

---

## AQUA AMYGDALARUM AMARARUM DILUTA.

### loco Aquæ Cerasi.

Rec. *Aquæ Amygdalarum amararum concentratæ* drachmam . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias duas . . . . . p. 16.
Miscentur.
Paratur ex tempore.

---

## AQUA AURANTII.

### Aqua Naphæ.

Rec. *Aurantii florum, sale conditorum,* partem unam,
*Aquæ fluvialis* quantum requiritur.
Destillatione eliciuntur partes dūæ.

---

## AQUA CALCIS.

Rec. *Calcis ustæ* partem unam,
*Aquæ destillatæ* partes viginti.

Calce sensim Aquæ, interea quassandæ, additâ, in vase clauso seponuntur. Quum autem ex

præscripto Medici datur Aqua, optime conquassata per chartam cito colari et in lagena, bene obturata, servari debet.

---

## AQUA CARVI.

Rec. *Carvi seminum* partem unam,
*Aquæ fluvialis* sufficientem quantitatem.
Destillando eliciuntur partes sex.

---

## AQUA CHLORI.

### Aqua Superoxidi muriatosi.

Rec. *Salis communis* partes quattuor,
*Magnesii nigri* partes tres.

Pulverata et mixta in retortam percapacem vel cucurbitam, tubo deducente instructam, immittuntur. Tum admiscetur miscela frigida ex
*Acidi Vitrioli* partibus octo
et *Aquæ fluvialis* partibus quattuor,
conjungiturque collum retortæ vel tubus cucurbitæ cum duabus tribusve lagenis Woulfianis, quarum prima parvam tantummodo continet Aquæ destillatæ quantitatem, ceteræ vero
*Aquâ destillatâ*
ad duos trientes repletæ sunt. Juncturis rite clausis, lenissimo calore, gradatim augendo, evolutioni gasis consulitur, quod per Aquam perducitur, dum hæc saturata sit; tunc solutio flavescens, quæ lagenæ secundæ et tertiæ inest, in vitris parvis, minime pellucidis, inde replendis et bene obturandis, loco frigido servatur. Nova vero Aquæ destillatæ copia in illius locum est substituenda, ut etiam hæc saturetur; quod denuo fit, quamdiu Gas Chlori evocari possit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0072-1

Parari etiam potest Gas Chlori e
*Magnesii nigri* parte una
et *Acidi muriatici crudi* partibus quattuor, commiscendis et in cucurbita blandissime calefaciendis.

---

## AQUA CINNAMOMI.

Rec. *Cinnamomi ceylanici corticis* contusi libram, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 8.
*Spiritus Vini gallici* libras duas, . . p. 16.
*Aquæ destillatæ*, quantum satis ad evitandum empyreuma.

Destillando eliciuntur libræ sex (p. 48), in quibus solvitur

*Sacchari albi* uncia una cum dimidia p. 1.

---

## AQUA CREOSOTI.

Rec. *Creosoti* drachmam, . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias decem . . . . p. 80.

Mixta per octo dies, interdum conquassando, reponuntur. Colatura in vase bene clauso servatur.

---

## AQUA DESTILLATA.

*Aqua fluvialis*, admixtâ perparvâ quantitate *Calcis ustæ*, ex alembico æneo, qui capitello et refrigeratorio, Aquâ destillatâ antea diligentissime ablutis, instructus est, ad remanentiam sextæ partis destillatur; rejectâ, quæ primum prodit, portiunculâ minus purâ.

---

## AQUA FOENICULI.

E *Fœniculi seminibus*, ut Aqua Carvi, paratur.

---

## AQUA MENTHÆ CRISPÆ.

Rec. *Menthæ crispæ* herbæ partem unam,
*Aquæ fluvialis* quantum requiritur.
Destillando eliciuntur partes tres.

---

## AQUA MENTHÆ PIPERITIDIS.

E *Menthæ piperitidis herba* eodem modo, quo Aqua Menthæ crispæ, paratur.

---

## AQUA PETROSELINI.

E *Petroselini seminibus* paratur, ut Aqua Carvi.

---

## AQUA PICEA.

### Infusum Picis liquidæ.

Rec. *Picis liquidæ* libram, . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras quattuor . . . . p. 4.
In vase ligneo mixta agitantur rudiculâ ligneâ; deinde per duodecim horas subsidere pix sinitur, et liquidum defusum per chartam colatur.

---

## AQUA RANUNCULI ALBI.

### Aqua Anemones.

Rec. *Ranunculi albi herbæ recentis* partes duas,
*Aquæ fluvialis* sufficientem quantitatem.
Destillando eliciuntur partes tres.

---

## AQUA ROSÆ.

E *Rosæ multiplicis petalis recentibus* vel *salitis,* ut Aqua Aurantii, paratur.

---

AQUA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0074-2
DFG

## AQUA SAMBUCI.

E *Sambuci floribus* paratur, ut Aqua Aurantii.

---

## AQUA SUBACETATIS PLUMBICI.

### Aqua Saturni.

Rec. *Solutionis Subacetatis plumbici* unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus Frumenti depurati* unciam, p. 2.
*Aquæ destillatæ* libras duas . . . . . p. 48.
Miscentur.

---

## AQUA SUPERCARBONATIS KALICI.

### Aqua aërata alkalina.

Rec. *Carbonatis kalici depurati* uncias tres p. 1.
Fit in Aqua solutio, quæ colata tantæ *Aquæ fontanæ* quantitati, *Gase Acidi carbonici* secundum regulas jam datas (vide ad Aquam Acidi carbonici) imbutæ, additur, ut, quum miscela gase ulterius perfecte saturata est, pondus librarum quinquaginta sex (p. 224) habeat.

---

## AQUA SUPERCARBONATIS NATRICI.

### Aqua Sodæ.

E *Soda depurata*, fatiscendo aquâ liberata, ut ad Aquam Supercarbonatis kalici dictum est, paratur.

---

## ARGENTUM PURUM.

*Argentum Acido nitrico diluto* solvitur; solutio ejus, diluta et colata, solutione fervidâ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0075-8
DFG

*Salis communis* præcipitatur. Quod fundum petit Chloretum argenticum, Aquâ destillatâ fervidâ bene lavatur et deinde siccatur.

Hoc præcipitatum, cum æqua portione *Carbonatis kalici depurati* mixtum, in crucibulum argillaceum ingeritur, quod igne paullo remissiori rubefit per horam dimidiam vel donec, massâ nondum liquatâ, argentum in statum metallicum reductum sit; tum calor augetur, ita ut omnia liquefiant, et argentum in unum coire possit.

---

## AXUNGIA CURATA.

### Adeps curata.

*Axungia Porci*, membranulis, venis et fibrillis exemptis, lavatur Aquâ et in balneo vaporis liquatur; denique, post humidi exhalationem, per linteum exprimendo colatur.

Curantur eodem modo *Sevi* variæ species.

---

## BALSAMUM ADSTRINGENS.

Rec. *Acidi sulphurici destillati* drachmas decem, . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 5.

quibus in vase vitreo capaci et ampli orificii guttatim et per vices affunditur

*Olei Terebinthinæ* uncia dimidia . . . p. 2.

Effervescentiâ et calore cessantibus, caute admiscentur

*Spiritus diluti* unciæ quattuor . . . . p. 16.

Servatur in vase vitreo, bene clauso.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0076-4 DFG

## BALSAMUM AROMATICUM.

### Linimentum aromaticum.

Rec. *Ceræ flavæ* unciam dimidiam, . . . p. 12.
*Olei Nucis moschatæ* uncias duas . . p. 48.
Calore balnei vaporis liquata colantur; nondum concretis admiscentur
*Olei Succini empyreumatici rectificati* scrupulus, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Balsami peruviani* drachmæ duæ, . . p. 6.
*Olei Lavendulæ,*
*Ætherolei Caryophyllorum,* singulorum uncia dimidia . . . . . . . . . . . . . . . p. 12.
Exactissime mixta in vase, bene obturato, servantur.

---

## BALSAMUM SULPHURIS.

Rec. *Sulphuris sublimati* libram dimidiam, p. 1.
*Olei Lini* libras duas . . . . . . . . . . . p. 4.
Oleo, in vase terreo vitreato aut ferreo, satis capaci et alto, ad + 200° C. circiter calefacto, additur sensim Sulphur, agitando spathulâ et cavendo, ne nova Sulphuris portio addatur, nisi prius cessaverit effervescentia, neu temperatura + 250—260° C. superet.

---

## BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM.

### Ætheroleum Terebinthinæ sulphuratum.

Rec. *Balsami Sulphuris* libram, . . . . . . p. 1.
*Ætherolei Terebinthinæ depurati* libras tres . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
Soluta in vase clauso servantur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0077-0 DFG

## BICARBONAS KALICUS.

### Carbonas kalicum.

Rec. *Carbonatis kalici depurati,*
*Aquæ destillatæ,* singulorum partes æquales.

Fit solutio, quæ colata *Acidi carbonici Gase* in apparatu idoneo perfecte saturatur; crystalli, post hæc demissæ, inter chartæ plagulas siccantur.

Liquor residuus, blando calore evaporatus, novam crystallorum tradit copiam.

---

## BICARBONAS NATRICUS.

### Carbonas Natricum.

*Sodæ depuratæ* crystallisatæ pars una cum *ejusdem Salis,* fatiscendo in pulverem redacti, partibus tribus terendo intime commiscetur et, in apparatu idoneo, *Acido carbonico* perfecte saturatur.

---

## BILIS BOVINA INSPISSATA.

### Fel Tauri inspissatum.

Rec. *Bilis bovinæ recentis,* e vesicis nuper depromptæ, libram vel quantum vis,
*Spiritus concentrati* par pondus.

Probe mixta et per linteum trajecta in balneo aquæ vaporando comminuuntur, donec residuum pondus specificum 1.20 habeat.

---

## BOLUS PRÆPARATA.

*Bolus armena,* in mortario contrita vel super porphyritem levigata, sacculo linteo, e filis tenuissimis (quorum 130 pollicem decimalem, vel 108 pedis duodecimam partem (1 werktum),

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0078-5

efficiunt) contexto, includitur, quo apte quassando pulvis subtilissimus a crassiore separatur; hic denuo tritus eodem modo tractatur, ille vero inpalpabilis servandus est.

---

## CALAMINA PRÆPARATA.

Fit, ut Bolus præparata, e *Calamina*.

---

## CARBO ANIMALIS.

### Carbo Lixivii Sanguinis.

Rec. *Carbonatis kalici depurati* libras duas, p. 1.
*Sanguinis bovini recentis* libras decem p. 5

Mixta supra balneum arenæ evaporant, ut exsiccentur; quo facto in crucibulo ferreo tecto leni igne candefiunt, quamdiu vapores inflammabiles evolvantur. Massa refrigerata cum *Aqua destillata* in mortario teritur in pulverem tenuissimum, qui, Aquâ probe lotus, cum *Acido hydrochlorico* diluto coquitur et Aquâ destillatâ denuo edulcoratur. Carbo residuus levis siccatur et in crucibulo, bene tecto, leniter excandescit. Post refrigerationem in vas, probe claudendum, statim ingeritur.

---

## CARBO SPONGIÆ.

### Spongia usta.

*Spongiæ marinæ* frustula, ab arenulis purgata, in crucibulo cooperto, ut plane excandescant et donec fumum emittere cessent, uruntur. Carbo exinde ortus in crucibulo, ex igne remoto, operculo etiamnunc remanente, refrigeratur et in vase clauso servatur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0079-4 DFG

## CARBO VEGETABILIS PRÆPARATUS.

### Carbo ligneus præparatus.

Quum ignis in fornace *Ligno Betulæ* alitur, carbones candentes, ubi aëres inflammabiles edere cesserint, in olla, operculo imposito, exstinguuntur et, etiamnunc calidi atque cineribus liberati, in pulverem rediguntur, qui in vase clauso statim servatur.

---

## CARBONAS KALICUS DEPURATUS.

### Subcarbonas kalicum depuratum.

### Potassa depurata

Rec. *Potassæ calcinatæ* libras quattuor, . . p. 2.
*Aquæ destillatæ* libras sex . . . . . . . p. 3.

Mixta, agitatione sæpius iteratâ, per triduum macerantur. Solutio clara post subsidentiam sordium defunditur et in vase ferreo mundo ad dimidium evaporat; tum, lixivio refrigerato, quod limpidum est a crystallis, post diem unum alterumve depositis, decanthatur et in vase ferreo ad siccum vaporat. Residuum etiamnunc calens in pulverem redigitur et in vasis, optime obturatis, statim servatur.

---

## CARBONAS KALICUS PURUS.

### Alkali Tartari. Subcarbonas kalicum purum.

*Tartarus depuratus*, in pulverem redactus, in vas ferreum, ad rubedinem usque calefactum, per vices injicitur ibique ad plenam destructionem uritur. Massa alkalina, hinc orta, *Aquâ destillatâ* extrahitur, et liquor colatus in vase ferreo mundo vaporat ad siccum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0080-5

Servatur in vase, optime clauso. Si album non apparet, tale tandem fit ustione, dissolutione in Aqua destillata et evaporatione.

---

## CATAPLASMA SINAPINUM FORTIUS.

### Sinapismus acris.

Rec. *Sinapis nigræ seminum* pulveratorum quantum placet,
*Aquæ destillatæ* quantum satis,
ut fiat cataplasma mollioris consistentiæ, quod in vase vitreo, orificio amplo, epistomio vitreo claudendo, servandum est, ut promptum habeatur.

---

## CATAPLASMA SINAPINUM MITIUS.

### Sinapismus mitis.

Rec. *Secalis farinæ* unciam unam, . . . . p. 1.
*Sinapis nigræ seminum* pulveratorum uncias tres, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Aquæ destillatæ* quantum satis,
ut fiat cataplasma mollioris consistentiæ.

Paratur ex tempore.

---

## CERATA.

Materiæ pingues, in ceratis parandis, ope balnei aquæ bullientis liquandæ sunt ac miscendæ.

Servantur loco frigido, non humido.

---

## CERATUM ALBUM.

Rec. *Ceræ albæ* uncias duas et dimidiam, p. 5.
*Cetacei* uncias tres, . . . . . . . . . . . p. 6.
*Olei Olivarum communis* uncias sex . p. 12.

Liquando miscentur. Massa, per linteum trajecta, in capsulis refrigeratur.

---

## CERATUM RUBRUM.

### Ceratum labiale.

Rec. *Alcannæ radicis corticis* drachmas duas, p. 1.
*Ceræ albæ* unciam dimidiam, . . . . . p. 2.
*Olei Cacao* unciam, . . . . . . . . . . . p. 4.
*Butyri recentis*, nondum saliti, uncias duas . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 8.

Simul liquefacta et mixta per linteum colantur et in capsulis refrigerantur.

Servatur loco obscuro vel in vase non pellucido.

---

## CERATUM SABINÆ.

Rec. *Ceræ flavæ* unciam unam, . . . . . . p. 1.
*Sabinæ ramulorum* uncias duas, . . . p. 2.
*Axungiæ curatæ* uncias quattuor . . . p. 4.

In balneo vaporis per horam digeruntur; tum per linteum exprimitur ceratum, in vase non pellucido servandum.

---

## CEREOLI.

Rec. *Olei Olivarum communis* partem unam, p. 1.
*Ceræ flavæ* partes sex . . . . . . . . . . p. 6.

Post lenem humidi evaporationem, e massa ab igne remota fiunt cereoli, superficie lævi, variantibus formâ et diametro, prout requiruntur.

---

## CEREOLI PLUMBICI.

### Cerei medicati.

Rec. *Solutionis Subacetatis plumbici* drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Cetacei* drachmas tres, . . . . . . . . . . p. 3.
*Ceræ flavæ* libram . . . . . . . . . . . . p. 96.

In balneo vaporis liquefacta miscentur; e massa, nondum refrigerata, finguntur lege artis cereoli.

Parantur quoque, si requiruntur, cum Solutionis Subacetatis plumbici duplo vel quadruplo.

---

## CHARTA AD FONTICULOS.

Rec. *Terebinthinæ communis* uncias duas, . p. 4.
*Sevi ovilli curati* uncias quattuor, . . p. 8.
*Ceræ flavæ* libram dimidiam, . . . . . p. 12.
*Resinæ flavæ* libram . . . . . . . . . . p. 24.

In balneo aquæ colliquatis atque etiamnunc calidis additur

*Acetatis cuprici*, in pulverem tenuem redacti, uncia dimidia, . . . . . . . . . p. 1.

et immerguntur in hanc miscelam colatam plagulæ chartæ tenuioris, albæ, tenacis, post refrigerium servandæ.

---

## CHLORETUM AURICO-NATRICUM.

### Murias Aurico-natricum.

*Auri* ducatus vel pars una
in *Acidi hydrochlorici* partibus quattuor
et *Acidi nitrici diluti* parte una vel sufficiente quantitate, sensim addenda, solvitur. Liquidum, *Aquâ destillatâ* dilutum, a Chloreto argentico, in fundo remanente, separatur et cum solutione colatâ, e

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0083-2

*Sulphate ferroso* et
*Aqua destillata*
confectâ, miscetur, quamdiu oritur præcipitatum, colo papyraceo colligendum atque *Acido hydrochlorico* primum, dein *Aquâ destillatâ* lavandum et denique siccandum.

*Auri* tali modo purificati quantitas ponderata in *Acido hydrochlorico*, additâ quanta minima requiritur *Acidi nitrici diluti* copiâ, denuo solvitur. Solutioni, Aquâ destillatâ dilutiori factæ, ad Auri partes decem,
*Salis communis* partes tres
adduntur; quibus solutis, liquor balnei vaporis calore ad siccum vaporat. Massa sicca in vase opaco ac bene clauso servatur.

---

## CHLORETUM BARYTICUM.
### Murias baryticum.
### Terra ponderosa salita.

Rec. *Spathi ponderosi*, in pulverem subtilissimum contriti, libram . . . . . . . . . . . . p. 8.
Cum *Carbonis lignei* uncia sesquialtera . . p. 1.
et *Hordei farinæ* unciis tribus . . . . . . p. 2.
intime commiscetur et in crucibulo fictili, inde replendo, sub tegmine minoris crucibuli, Carbone contrito repleti, igne validissimo per horæ spatium vel amplius uritur. Crucibulo refrigerato et carbone rejecto, Sulphuretum baryticum cum
*Aquæ destillatæ* fervidæ libris tribus p. 24.
in vase clauso, sæpius agitando, per horæ dimidium digeritur, et liquor ab insolutis colo separatur, quæ Aquâ destillatâ fervidâ abluenda sunt. Liquidis conjunctis caute instillatur

*Acidi hydrochlorici*
quantum ad saturandum requiritur. Tum liquor, post digestionem ad Sulphidum hydricum fugandum, ad siccum vaporat, massa residua in crucibulo per horæ dimidium uritur et postremo in Aquæ destillatæ ferventis sufficiente quantitate solvitur; solutio, etiamnunc fervida, per chartam colatur et loco frigido, ut crystalli formentur, seponitur. Liquidum remanens exhalatione minuitur, ut crystalli iterum formentur.

---

## CHLORETUM CALCICUM.

### Murias calcicum vel Calx salita.

*Massa calcarea,* quæ post præparationem Ammoniaci caustici remanet,
*Acido muriatico crudo*
saturatur. Solutio colata ad siccum vaporat, et massa sicca in crucibulo igni exponitur, donec omnis effervescentia cesset. Tum ignis augetur, ut quiete fluat massa liquata, quæ super laminam ferream effunditur et, quum etiamnunc calida in frustula est deminuta, in vase bene clauso servatur.

---

## CHLORETUM FERRICO-AMMONICUM.

### Murias ammonico-ferricum.

### Sal ammoniacum martiale.

*Chloreti ferrici* uncia una . . . . . . . p. 1.
et *Salis ammoniaci depurati* unciæ sex . p. 6.
in *Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate solvuntur; solutum, per chartam colatum, inter continuam agitationem, præsertim sub finem, in vase porcellaneo vaporat ad siccum. Servatur in vase bene clauso.

---

## CHLORETUM FERRICUM.

### Murias ferricum.

Rec. *Hæmaticæ præparati* quantum placet,
*Acidi hydrochlorici* triplum podus.

Digeruntur in phiala vitrea vel potius in retorta vitrea, excipulo adaptato, ut destillatum in retortam refundi possit, donec acidum saturatum sit. Liquidum rubicundum, colatione separatum ab Hæmatite non soluto, in patina porcellanea, evaporando ope balnei vaporis, ad syrupi tenuioris spissitudinem redigitur; tum patina, laminâ vel campanâ vitreâ tecta, in locum frigidum et humidum per hebdomadas vel menses seponitur, donec crystalli, in massam aurantiacam concretæ, crescere desinant, quæ muriâ liberatæ in lagena sicca, probe obturanda, servantur.

---

## ☿ CHLORETUM HYDRARGYRICUM CORROSIVUM.

### Murias hydrargyricum corrosivum.

### Mercurius corrosivus albus sublimatus.

Rec. *Hydrargyri destillati* uncias sex, . . . p. 2.
*Acidi Vitrioli* uncias novem . . . . . . p. 3.

In vase porcellaneo decoquuntur ad siccum. Massa sicca pulverata cum

*Salis communis* siccati et pulverati æqua portione intime commiscetur, et e cucurbita vel lagena vitrea, plane sicca, in arenam immersa et ad tertiam tantum partem repleta, fit, calore lenissimo, sublimatio. Massa crystallina, ad



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0086-9 DFG

superiora cucurbitæ vel lagenæ hærens, a scoriis purgata, caute servatur.

---

## CHLORETUM HYDRARGYROSUM.

Murias hydrargyrosum. Mercurius dulcis. Calomel.

*Acidum nitricum dilutum*

cum *Hydrargyri destillati* superflua quantitate coquendo digeritur, idque per horæ spatium fit post gasis rubicundi cessationem, vel usque dum solutio flavescere incipiat. Acidum Oxido hydrargyroso saturatum et etiamnunc fervidum

*Aquæ destillatæ* fervidæ partibus duodecim

et *Acidi nitrici diluti* parte vel dimidiâ vel tantâ diluitur, ut liquor clarus evadat, qui, Aquâ destillatâ affusâ, non turbetur. Hic liquor, mox colatus, solutioni colatæ et ferventi, quæ

*Salis communis* partem, Hydrargyro soluto pondere æqualem,

in *Aquæ destillatæ* duodecuplo pondere solutam, continet, inter agitandum additur.

Quod fundum petit a liquido separatur et, Aquâ destillatâ fervidâ diligentissime elotum, in charta bibula leni calore siccatur.

---

## CHLORETUM STIBICUM.

Murias stibiosum. Butyrum Antimonii.

Rec. *Sulphureti stibici præparati,*

*Acidi Vitrioli,* singulorum partes æquales.

In patina porcellanea miscentur et ope caloris ad siccum usque rediguntur. Quæ restat massa albida vel cinerea cum

*Salis communis,* siccati et in pulverem redacti, duplo pondere

commiscetur et in retortam vitream immittitur, ex qua, adaptato excipulo sicco, fit in balneo arenæ destillatio; interea cavendum, ne retortæ collum, si major admoveatur frigoris vis, destillato obstruatur. Destillatum, quod producitur, in vase vitreo, epistomio vitreo instructo, asservatur.

---

## CHLORETUM ZINCICUM.

Rec. *Acidi hydrochlorici* quantum placet.

Additur huic per vices

*Zinci* laminati vel granulati tantum, ut, cessante effervescentiâ acidoque saturato, copia quædam Zinci intacta supersit. Liquor, per colum trajectus, calore vaporat, donec refrigeratione concrescat in massam salinam, quæ statim in vitro sicco et probe clauso servatur.

---

## CINNABARIS PRÆPARATA.

Præparatur *Cinnabaris rubra* ut Bolus præparata.

---

## CONDITUM AURANTII.

*Aurantiorum cortices* in *Aquam fluvialem* fervidam immerguntur, donec mollescant, ita ut culmo secalino perforari queant. Tum cortices, ab albedine mundati, cribro subverso imponuntur, ut a humore superfluo liberentur. In vas vitreum jam inditis affunditur *Syrupus Sacchari*, qui eos contegat. Post diem unum alterumve eximuntur cortices, qui syrupo, modico calore spissato atque refrigerato, iterum immerguntur et post aliquot dierum macerationem denuo eximuntur. Syrupus residuus, cum *Saccharo* iterum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0088-1 DFG

ad justam spissitudinem redactus, postea corticibus affunditur, ut hos tegat.

Si e corticibus recentibus paratur conditum, maceratione non opus est.

## CONFECTIO CINÆ.

Rec. *Cinæ levanticæ*, a stipitibus aliisque quisquiliis optime mundatæ, partem unam.

Cacabo aheneo, amplo, super lenissimum ignem suspenso, immissæ affunduntur sensim

*Sacchari albi*, ad consistentiam tabulati cocti, partes quattuor vel quantum sufficit,

cacabum interea assidue agitando et massam spatulâ ligneâ probe intermiscendo. Semirefrigerata manu leviter teritur, ut globuli minuti formentur, donec omnia sicca appareant; tum partes pulverulentæ et semina, non satis incrustata, cribri ope ab incrustatis separantur, quæ servanda sunt. Cetera in cacabo, denuo mundato, eodem modo tractantur, donec saccharo rite obducta sint.

## CONSERVA COCHLEARIÆ.

*Cochleariæ Herbæ*, minutim sectæ et diligenter contusæ, admiscetur *Sacchari albi* pulverati duplum.

## CONSERVA ROSÆ.

### Conserva Rosæ rubræ.

*Rosæ multiplicis petalis* recentibus et diligenter contusis admiscetur *Sacchari albi* pulverati par pondus.

## CORALLIA PRÆPARATA.

Præparatur *Corallium rubrum* eodem modo, quo Bolus præparata.

---

## CORNU CERVI USTUM PRÆPARATUM.

*Cervi cornua* in fornace comburuntur, donec penitus albescant; deinde statim præparantur eodem modo, ac Bolus præparata, et in vase bene clauso servantur.

Præparatum ejusdem indolis fit etiam ex *Ossibus Pecorum.*

---

## CRETA PRÆPARATA.

Præparatur eodem modo, quo Bolus præparata, *Creta albissima.*

---

## CYANETUM FERRICO-FERROSUM.

### Cœruleum Berolinense.

Rec. *Chloreti ferrici* uncias tres, . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras quinque . . . p. 20.

Fit solutio, cui colatæ additur partitis vicibus solutio colata, e
*Kali zootico*
et *Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate confecta, quamdiu præcipitatum cœruleum prodit; cavendum tamen, ne excedat Kali zooticum. Liquor, inter præcipitandum bene agitatus, per horas viginti quattuor seponitur, quibus preterlapsis, quod limpidum est defunditur; præcipitatum vero in vase alto *Aquâ destillatâ,* sæpius affusâ et subinde post quietem defusâ, perfecte elotum colo colligitur et siccatur. In pulverem redactum in vase, bene clauso, servatur.

---

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0090-4

## ☿ CYANETUM KALICUM.

Rec. *Kali zootici*, in pulverem redacti, uncias duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Acidi sulphurici destillati*,
*Aquæ destillatæ*, singulorum unciam . p. 2.

Sali, retortæ vitreæ tubulatæ indito, miscela refrigerata Acidi et Aquæ superfunditur, et fit, calore balnei *Chloreti calcici*, destillatio, quamdiu prodit acidum hydrocyanicum, quod per tubum vitreum incurvum, ad collum retortæ rite adaptatum, in lagenam perducitur, cui inest solutio clara, e

*Hydratis kalici* uncia . . . . . . . . . . p. 2.
et *Spiritus concentrati* unciis tribus et semis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 7.

confecta; quod dum fit, tubus et lagena sollicite sunt refrigeranda. Quæ, destillatione finitâ, lagenæ insunt crystalli, super colum papyraceum colliguntur, Spiritu concentrato eluuntur et, inter chartæ plagulas quam citissime siccatæ, in vase optime clauso servantur.

---

## DECOCTA.

Parantur (nisi aliud expressis verbis præscribitur) in vasis cylindricis altis, e stanno puro vel massa porcellanea confectis. Hæc vasa tegenda sunt operculo, cui est foramen, per quod tubus pure stanneus prope ad fundum demitti possit. Jam vero, ubi decoctum est præparandum, substantiæ, pro diversa singularum indole comminutæ, tantâ Aquæ destillatæ ferventis copiâ humectantur, quantâ opus est, ut, operatione peractâ, præscriptam habeas decocti quantitatem; tum, operculo admoto, vapores aquæ, in apparatu idoneo bullientis, per tubum deducuntur, ita ut liquor in vase ferveat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0091-0

Post horæ qvadrantem, operculo tuboque sublatis, decoctum etiamnunc calidum exprimendo colatur. At vero, si colatura pondus præscriptum non expleat, residuum aquâ calidâ humectandum est atque iterum exprimendum, ita ut colatura habeatur ponderis debiti.

---

## DECOCTUM ALTHÆÆ.

Rec. *Althææ radicis* incisæ drachmas tres p. 1.
Fit decoctum libræ dimidiæ . . . . . . . p. 16.

---

## DECOCTUM CINCHONÆ.

Rec. *Cinchonæ corticis* (ubi nil certi statuitur, *Cinchona regia* adhibenda) contusi unciam. . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
Fit decoctum unciarum decem . . . . . p. 10.

---

## DECOCTUM GUAJACI COMPOSITUM.

### Decoctum Lignorum.

Rec. *Liquiritiæ radicis* incisæ drachmas duas, p. 1.
*Saponariæ radicis* incisæ unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Juniperi ligni* rasi unciam, . . . . . . . p. 4.
*Guajaci ligni* rasi unciam unam et semis p. 6.
Fit decoctum librarum trium . . . . . . p. 144.

---

## DECOCTUM HORDEI.

Rec. *Graminis radicis* incisæ drachmam, . p. 1.
*Hordei crimnorum*, aquâ calidâ aliquoties elotorum, drachmas tres . . . . p. 3.
Fit decoctum libræ unius . . . . . . . . . p. 96.

---

## DECOCTUM HORDEI ACIDULUM.

Rec. *Oxymellis* unciam dimidiam, . . . . . p. 1.
*Decocti Hordei* libram . . . . . . . . . . p. 24.
Miscentur.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ.

Rec. *Sarsaparillæ radicis*, minutissime incisæ, uncias tres . . . . . . . . . . . . p. 1.
Coquendo per horam fit decoctum librarum duarum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 8.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ COMPOSITUM.

Rec. *Mezerei corticis* contusi drachmam et semis, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Sassafras radicis* rasæ,
*Guajaci ligni* rasi,
*Liquiritiæ radicis* incisæ, singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . p. 8.
*Sarsaparillæ radicis*, minutissime incisæ, uncias quattuor . . . . . . . . . . . p. 64.
Fit, coquendo per horam, decoctum unciarum viginti et quattuor . . . . . . . . . . . . . . p. 384.

## DECOCTUM ZITTMANNI FORTIUS.

Rec. *Sarsaparillæ radicis*, minutissime incisæ, libram, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 96.
*Aquæ destillatæ*, libras septuaginta duas . . . . . . . . . . . . . . . . p. 6912.
Digeruntur per horas viginti quattuor. Immissis deinde
*Cinnabaris rubræ* pulveratæ drachmâ, p. 1.
*Chloreti hydrargyrosi* drachmis quattuor, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.

*Aluminis crudi* pulverati,
*Sacchari albi* pulverati, singulorum drachmis sex, . . . . . . . . . . . . . . . p. 6.

commixtis et sacculo linteo inclusis, in vase fictili vitreato decoquuntur ad remanentiam librarum viginti quattuor (p. 2304); additis sub finem coctionis

*Anisi seminum,*
*Fœniculi seminum,* singulorum drachmis quattuor, . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Liquiritiæ radicis* incisæ unciâ unâ et semis, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 12.
*Sennæ alexandrinæ* unciis tribus . . p. 24.

Exprimendo colatum, a sedimento defunditur decoctum et in lagenas, unius libræ capaces, datur.

---

## DECOCTUM ZITTMANNI MITIUS.

Rec. *Residuum Decocti Zittmanni fortioris,*
*Sarsaparillæ radicis,* minutissime incisæ, uncias sex, . . . . . . . . . . . . . . p. 16.
*Aquæ destillatæ* libras septuaginta duas . . . . . . . . . . . . . . . p. 2304.

Decoquuntur in vase fictili vitreato ad remanentiam librarum viginti quattuor (p. 768); additis sub finem coctionis

*Cardamomi minoris seminum,*
*Cinnamomi ceylanici corticis,*
*Flavedinis Citri,* singulorum contusorum drachmis tribus, . . . . . . . . . p. 1.
*Liquiritiæ radicis* incisæ drachmis sex p. 2.

Colatura, exprimendo facta, a sedimento defunditur et in lagenas, librarum duarum capaces, datur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0094-7 DFG

## ELÆOSACCHARUM CINNAMOMI.

### Pulvis cordialis.

Rec. *Olei Cassiæ* guttas sedecim,
*Cinnabaris rubræ* pulveratæ drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Sacchari albi* pulverati unciam . . . . p. 4.

Miscentur terendo et in vase, bene clauso, servantur.

Eodem modo parantur, sed non nisi usu urgente et sine addita Cinnabari, e *reliquis Ætheroleis*, *Elæosacchara*.

---

## ELATERINUM.

Rec. *Elaterii albi* quantum vis,
*Spiritus concentrati* triplum pondus.

Digeruntur in vase clauso per nycthemeron; residuum non solutum, a solutione spirituosa colando separatum, cum nova Spiritus copia iterum digeritur, quæ colatur. Liquores spirituosi in balneo aquæ ad syrupi spissitudinem vaporando rediguntur et, etiamnunc calentes, in *Aquam destillatam* bullientem infunduntur. Quæ inter refrigerationem aquæ deponuntur crystalli, primum *Aquâ destillatâ* frigidâ, dein *Æthere* lavandæ sunt, siccandæ et servandæ.

---

## ELECTUARIA.

Enixe terendo parata in vasis vitreis vel figulinis natro vitreatis vel porcellaneis, bene obturatis, loco frigido reponuntur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0095-3

## ELECTUARIUM MANNÆ.

Rec. *Mannæ electæ,*
*Sacchari albi* pulverati.
*Aquæ Fœniculi,* singulorum uncias duas p. 16.
Mixta exprimendo colantur; deinde admiscentur
*Iridis florentinæ radicis,* in tenerum pulverem tritæ, drachma, . . . . . . . p. 1.
*Olei Amygdalarum recentis* uncia . . . p. 8.

---

## ELECTUARIUM MYRRHÆ COMPOSITUM.

Rec. *Myrrhæ electæ,*
*Sanguinis Draconis,*
*Catechus,* singulorum pulveratorum drachmas tres, . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Saponis albi hispanici* rasi unciam . . p. 8.

Teruntur in mortario vitreo vel lapideo cum sufficiente *Spiritus diluti* quantitate, ut fiat massa uniformis, spissitudinis extracti mollioris; deinde adduntur

*Caryophyllorum* pulveratorum uncia, p. 8.
*Mellis depurati* unciæ quattuor . . . p. 32.

Miscentur, bene iterum triturando.

---

## ELECTUARIUM SCORDII.

### loco Diascordii.

Rec. *Opii levantici* drachmam unam et semis, p. 3.
*Tormentillæ radicis,*
*Pechurim fabarum,*
*Catechus,* singulorum uncias duas, . . p. 32.
*Scordii herbæ* uncias tres, . . . . . . . p. 48.
*Mellis depurati* uncias viginti et octo p. 448.

Opium, cum *Vino de Malaga* tritum, additur Melli paullulum calefacto, cui cetera, in pulverem redacta, admiscentur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0096-9

## ELECTUARIUM SENNÆ.

loco Electuarii lenitivi.

Rec. *Coriandri seminum* pulveratorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Sennæ alexandrinæ* pulveratæ uncias quattuor, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 8.
*Syrupi Sacchari* uncias octo, . . . . . p. 16.
*Pulpæ Tamarindorum depuratæ* libram p. 24.
Miscentur.

---

## ELIXIR AMARUM HJÆRNERI.

Rec. *Specierum amararum Hjærneri* uncias tres, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus diluti* libras duas . . . . . . . p. 8.
Per triduum inter agitandum digesta colantur.

---

## ELIXIR STOMACHICUM TEMPERATUM HOFFMANNI.

Elixir viscerale vinosum Hoffmanni.

Rec. *Extracti Absinthii*,
*Extracti Cardui benedicti*,
*Extracti Centaurii minoris*,
*Extracti Gentianæ*, singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Tincturæ Aurantii* unciam, . . . . . . p. 2.
*Flavedinis Aurantii* concisæ uncias duas, p. 4.
*Vini de Malaga* libram . . . . . . . . p. 24.
Per triduum inter agitandum digesta colantur.

---

## EMETINA.

Rec. *Ipecacuanhæ radicis* pulveratæ partem unam,
*Aquæ destillatæ*, *Acido sulphurico destillato* paullum acidulatæ, partes sex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0097-5

Per diem noctemque inter agitandum digesta et deinde refrigerata colantur. Colatura, additâ

*Calcis ustæ*, affusâ Aquâ, primum in hydratem, dein in pultem conversæ, parte unâ,

ope balnei vaporis ad siccum redigitur; massa sicca et pulverata cum

*Spiritu concentrato*

decoquitur, quamdiu aliquid ab eo solvatur, quod colatum, destillando et vaporando, ad formam siccam est redigendum.

Quæ sic obtinetur Emetina, minus pura, in parva quantitate *Aquæ destillatæ Acido sulphurico destillato* acidulatæ, solvenda est, coquendo cum *Carbone animali* a materia colorante liberanda et e solutione colata, vaporando concentrata, ope *Ammoniaci caustici* præcipitanda. Quod fundum petit, colo colligitur, Aquâ destillatâ frigidâ eluitur et siccatum in vase, bene clauso, servatur.

---

## EMPLASTRA.

Parantur emplastra partibus, quibus conficiuntur, ad temperaturam + 100° C. haud superantem, liquefaciendis ac miscendis; ubi major caloris vis in emplastro quodam conficiendo requiritur, ibi in formula ejus id expressis verbis præscriptum invenies.

Parata vel in capsulis refrigerantur vel, si id non præscriptum fuerit, etiamnunc mollia manibus, bene lotis et aquâ humectandis, in magdaleones formantur et in cistulis vel ligneis vel e ferro laminato albo confectis atque, quantum fieri potest, clausis, servantur loco frigido nec humido.

Illa,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0098-1

Illa, quæ substantias herbaceas, Extracta vel Cantharides continent, priusquam servantur, aëris tepidi contactu siccanda sunt, ne mucorem contrahant.

Oljsyradt ox. margarinsyrad glycerid.

## EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

Rec. *Cerussæ albæ* libram dimidiam, . . . . p. 2.
*Lithargyrii præparati* libram sesquialteram, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 6.
*Olei Olivarum communis* libras tres . p. 12.

In aheno capaci mixta ad modicum ignem, spathulâ continue agitando et Aquam destillatam fervidam subinde cauteque admiscendo, coquuntur, ut fiat emplastrum, cui, post humidi consumtionem, admiscentur
*Resinæ flavæ* liquatæ et colatæ unciæ novem p. 3.

## EMPLASTRUM ASSÆ FOETIDÆ COMPOSITUM.

Emplastrum foetidum.

Rec. *Ceræ flavæ* uncias duas, . . . . . . . . p. 2.
*Emplastri plumbici* uncias novem . . . p. 9.

Simul liquefactis et paullum refrigeratis cribrando admiscentur
*Assæ foetidæ,*
*Galbani,* singulorum pulveratorum unciæ quattuor . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.

Fit emplastrum.

## EMPLASTRUM CALAMINÆ.

Emplastrum e Calaminari lapide.

Rec. *Sevi bubuli curati,*
*Terebinthinæ communis,* singulorum drachmas sex, . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0099-9

*Ceræ flavæ* uncias duas et semis, . . p. 10.
*Emplastri plumbici* libram . . . . . . p. 48.

Liquefactis et colatis adjicitur

*Calaminæ præparatæ* libra; . . . . . p. 48.

quibus mixtis fit emplastrum.

---

## EMPLASTRUM CANTHARIDUM.

### Emplastrum vesicatorium.

Rec. *Ceræ flavæ,*
*Resinæ flavæ,*
*Sevi ovilli,* singulorum uncias quattuor p. 2.

Liquefactis et colatis inter agitationem perpetuam sensim et exacte admiscentur

*Cantharidum* recenter et subtilissime pulveratarum unciæ sex . . . . . . . . p. 3.

Per horæ quadrantem liquata habentur et inter agitandum refrigerantur.

---

## EMPLASTRUM CANTHARIDUM CAMPHORATUM.

Rec. *Camphoræ depuratæ,* cum guttulis *Olei Olivarum* terendæ, scrupulum, p. 1.
*Emplastri Cantharidum* unciam . . . p. 24.

Miscentur. Paratur ex tempore.

---

## EMPLASTRUM CANTHARIDUM CUM EUPHORBIO.

### Emplastrum vesicatorium perpetuum Janini.

Rec. *Terebinthinæ venetæ,*
*Mastiches* pulveratæ, singularum uncias sex . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 6.

Liquatis et colatis admiscentur

*Euphorbii* pulverati uncia, . . . . . . . p. 1.
*Cantharidum* pulveratarum unciæ duæ p. 2.
Fit emplastrum.

---

## EMPLASTRUM CERÆ.

### Emplastrum citrinum.

Rec. *Resinæ flavæ* libram dimidiam, . . . p. 1.
*Sevi bubuli curati,*
*Ceræ flavæ,* singulorum libram cum dimidia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
Simul liquefacta et colata in capsulis refrigerantur.

---

## EMPLASTRUM CONII.

Rec. *Ceræ flavæ* uncias tres, . . . . . . . p. 3.
*Emplastri plumbici* libram . . . . . . p. 12.
Liquefactis et mixtis admiscentur
*Extracti Conii spirituosi* unciæ duæ . p. 2.
Fit emplastrum.

---

## EMPLASTRUM GUMMI AMMONIACI SCILLITICUM.

Rec. *Gummi ammoniaci* pulverati libram, p. 1.
*Aceti Scillæ* libras duas . . . . . . . . p. 2.
Gummi ammoniacum cum Aceto Scillæ diluitur et liquidum in vase fictili vitreato vel porcellaneo inter continuam agitationem evaporat, donec justam habeat spissitudinem.

---

## EMPLASTRUM GUMMI-RESINOSUM.

### Emplastrum gummosum.

Rec. *Ceræ flavæ* libram dimidiam, . . . . . p. 1.
*Emplastri plumbici* libras tres . . . . . p. 6.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0101-1

Simul liquefactis, ab igne remotis et paullum refrigeratis, cribrando admiscetur

*Gummi ammoniaci,*

*Galbani,* singulorum pulveratorum libra dimidia, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.

ut omnium unitas fiat.

---

## EMPLASTRUM HJÆRNERI.

Emplastrum saponaceo-plumbicum.

Rec. *Cerussæ albæ* pulveratæ uncias novem, p. 18.

*Saponis albi hispanici* uncias decem, p. 20.

*Minii* pulverati libram et semis, . . . p. 36.

*Olei Olivarum communis* uncias quadraginta et quinque . . . . . . . . p. 90.

Sapo rasus in oleo liquatur; quo facto pulveres, cum oleo mixti, igni admoventur, usque dum soluti sint et massa colorem castaneum obtinuerit; tum demum adjicitur

*Terebinthinæ communis* uncia cum dimidia, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

et fit emplastrum.

---

## EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

Rec. *Axungiæ curatæ* drachmas duas, . . p. 2.

*Terebinthinæ venetæ* drachmas novem, p. 9.

*Hydrargyri* uncias tres . . . . . . . . p. 24.

Hydrargyro cum Terebinthina, donec majores Hydrargyri globuli evanuerint, contrito additur Axungia, quo facto omnia ad plenam Hydrargyri exstinctionem conteruntur; tum subigendo cum

*Ceræ flavæ* uncia una et semis, . . . p. 12.

*Emplastri plumbici* unciis sex, . . . . p. 48.

simul liquatis, in unum coguntur.

---

## EMPLASTRUM HYOSCYAMI.

Ut Emplastrum Conii ex *Extracto Hyoscyami spirituoso* paratur.

---

## EMPLASTRUM MELILOTI.

Rec. *Olei Olivarum communis* uncias octo, p. 2.
*Resinæ flavæ,*
*Ceræ flavæ,* singularum libram . . . . p. 3.

Colliquatis colatisque ac paullum refrigeratis admiscentur

*Meliloti herbæ pulveratæ* unciæ sedecim p. 4.

Fit emplastrum.

---

## EMPLASTRUM PICIS.

Rec. *Terebinthinæ venetæ* uncias quattuor, p. 4.
*Ceræ flavæ* uncias octo, . . . . . . . . p. 8.
*Picis solidæ* uncias sedecim, . . . . . . p. 16.
*Resinæ flavæ* uncias viginti tres . . . . p. 23.

Simul liquata colantur et in capsulis, oleo unctis, refrigerantur.

---

## EMPLASTRUM PLUMBICUM.

### Emplastrum Oxidi plumbici vel commune.

Rec. *Lithargyrii præparati* partem unam, p. 1.
*Olei Olivarum communis* partes duas p. 2.

In aheno capaci mixta, spathulâ continue agitando et Aquam destillatam ferventem, ne humidum deficiat, subinde cauteque instillando, coquuntur ad modicum ignem, donec emplastrum factum sit.

---

## EMPLASTRUM SAPONACEUM.

### Emplastrum saponatum.

Rec. *Saponis albi hispanici* uncias tres, . . p. 1.
*Emplastri plumbici* libras duas . . . . p. 8.
Simul liquata igni admoventur, usque dum colorem castaneum acceperint.

---

## EMPLASTRUM STOMACHICUM.

### Emplastrum aromaticum.

Rec. *Terebinthinæ communis* unciam, . . . p. 8.
*Sevi ovilli curati* uncias tres, . . . . . p. 24.
*Ceræ flavæ* uncias quattuor . . . . . p. 32.
Colliquatis colatisque ac semirefrigeratis immiscentur
*Ætherolei Menthæ piperitidis*,
*Ætherolei Caryophyllorum*, singulorum drachma, . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Olei Nucis moschatæ* drachmæ sex, . . p. 6.
*Benzoës amygdaloidis* pulveratæ uncia, p. 8.
*Olibani* pulverati unciæ duæ. . . . . . p. 16.
Fit emplastrum in vase, probe clauso, servandum.

---

## EMPLASTRUM ZINCICO-PLUMBICUM.

### Emplastrum diapompholygos.

Rec. *Olei Olivarum communis* uncias sex, p. 12.
*Ceræ flavæ* libram unam . . . . . . . p. 24.
Colliquatis subigendo admiscentur
*Olibani* pulverati uncia una et semis, p. 3.
*Oxidi zincici* unciæ tres, . . . . . . . . p. 6.
*Cerussæ albæ* pulveratæ unciæ quattuor, p. 8.
*Graphitæ* pulverati unciæ sex. . . . . p. 12.
Fit emplastrum.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0104-8 DFG

## EMULSIONES.

Quum, in emulsionibus parandis, materiæ emulgendæ cum liquido quodam diluendæ sunt, hoc tali modo efficitur, ut in mortario lapideo cum liquidi pauxillo primum in pultem mollem terantur, cui deinde, quæ superest liquidi pars, inter triturandum sensim additur.

Omnes ex tempore parantur.

---

## EMULSIO AMYGDALINA.

### Emulsio communis.

*Amygdalæ dulces* Aquâ fervidâ infunduntur; deinde, post horæ quadrantem, vel quum, inter digitos leviter pressæ, cuticulam facile amittant, decorticantur.

*Amygdalarum* ita decorticatarum uncia una et dimidia . . . . . . . . . . . . . p. 3.
una cum *Sacchari albi* pulverati uncia, sensim addenda, . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
in mortario lapideo, affundendo *Aquæ destillatæ* unciam circiter unam et contundendo, in massam penitus pultaceam redigitur, cui inter triturationem additur

*Aquæ destillatæ* tantum,
ut fiat, lenissime exprimendo, colatura libræ unius (p. 24).

---

## EMULSIO ASSÆ FOETIDÆ.

### Mixtura Assæ foetidæ.

Rec. *Assæ foetidæ* pulveratæ drachmas duas, p. 1.
*Aquæ Menthæ piperitidis* uncias quattuor . . . . . . . . . . . . . . . . p. 16.
Terendo fit emulsio.

---

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0105-4

## EMULSIO CAMPHORATA.

loco Mucilaginis camphoratæ.

Rec. *Camphoræ depuratæ* grana sex, . . . p. 1.
*Gummi arabici* pulverati drachmam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 5.
*Emulsionis amygdalinæ* uncias sex . p. 480.
E contritis fit emulsio.

---

## EMULSIO CANNABINA.

Rec. *Sacchari albi* pulverati unciam dimidiam, p. 1.
*Cannabis seminum* unciam et semis . . p. 3.
Fit, ut de Emulsione amygdalina præscriptum est, emulsio libræ unius . . . . . . . . . . . . p. 24.

---

## EMULSIO CORNUS CERVI USTI.

Decoctum album.

Rec. *Cornus Cervi usti præparati,*
*Gummi arabici,* singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libram . . . . . . . . p. 24.
Paullum ebulliunt. Refrigeratis admiscetur
*Syrupi Amygdalarum* uncia dimidia p. 1.
Datur sine colatura.

---

## EMULSIO GUAJACINA.

Mixtura Gummi Guajaci.

Rec. *Gummi arabici* pulverati drachmam, p. 1.
*Guajaci resinæ* pulveratæ drachmas duas, p. 2.
*Sacchari albi* pulverati drachmas sex p. 6.
Optime contritis additur sensim
*Aquæ Menthæ* piperitidis tantum,
ut fiat emulsio libræ dimidiæ . . . . . . . . p. 48.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0106-0
DFG

## EMULSIO GUMMOSA.

### Emulsio Gummi arabici.

Rec. *Gummi arabici* pulverati drachmas duas, p. 1.
*Emulsionis amygdalinæ* uncias sex . . p. 24.
Terendo miscentur.

---

## EMULSIO GUMMI AMMONIACI.

### Lac ammoniacum.

Fit eodem modo, ac Emulsio Assæ foetidæ, e *Gummi ammoniaco* pulverato.

---

## EMULSIO HYDROCYANICA. ☿

Rec. *Amygdalini* grana duodecim, . . . . . p. 1.
*Emulsionis amygdalinæ* uncias duas . p. 80.
In lagena claudenda miscentur et per horam, interdum quassando, macerantur.

---

## EMULSIO MYRRHÆ FERRATA.

### loco Mixturæ Myrrhæ Griffithi.

Rec. *Myrrhæ electæ* pulveratæ drachmam p. 12.
Diluitur terendo cum
*Aquæ menthæ piperitidis* unciis sex et dimidia . . . . . . . . . . . . . . . p. 624.
Dein colatis adduntur
*Sulphatis ferrosi* scrupulus, . . . . . . p. 4.
*Carbonatis kalici puri* grana viginti et quinque, . . . . . . . . . . . . . . . p. 5.
*Syrupi Sacchari* drachmæ duæ, . . . p. 24.
*Tincturæ lavendulæ aromaticæ* drachmæ sex . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 72.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0107-5
DFG

## EMULSIO SALINA.

Rec. *Amygdalarum dulcium* excorticatarum et contusarum unciam, . . . . . . . p. 8.
*Mellis depurati* unciam unam et dimidiam . . . . . . . . . . . . . . . . p. 12.
Contrita cum
*Aquæ destillatæ* tanta copia
diluuntur, ut, solutis in emulsione
*Tartratis kalici* drachmis tribus, . . . p. 3.
fiat colatura libræ unius . . . . . . . . . . . p. 96.

---

## ENEMATA.

Quum jubentur, haud cunctanter paranda.

---

## ENEMA COMMUNE.

Rec. *Avenæ crimnorum* uncias duas, . . . p. 1.
*Aquæ fluvialis* libras duas . . . . . . p. 12.
Coquuntur ad colaturam libræ unius (p. 6), in qua solvuntur
*Salis communis* pulverati unciæ duæ . p. 1.
Huic decocto, semper in promptu habendo et in cella servando, quum jubetur Enema, inter quassandum addendæ sunt
*Olei Olivarum communis* unciæ duæ . p. 1.

---

## ENEMA NICOTIANÆ.

Rec. *Nicotianæ foliorum* comminutorum drachmam unam . . . . . . . . . . . . p. 1.
Infunduntur cum
*Aquæ destillatæ* fervidæ unciis octo, p. 64.
et per horæ quadrantem inter agitandum macerantur; dein colantur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0108-1 DFG

☿ ENEMA OPII.

Rec. *Amyli* drachmas duas . . . . . . . . p. 4.
Cum exigua Aquæ copia trituratæ
*Aquæ destillatæ* ferventis unciis quattuor p. 64.
sensim et inter agitandum admiscentur. Quum in unum coierint, additur
*Tincturæ Opii* drachma dimidia . . . . p. 1.

---

## EXTRACTA.

In extractis, summâ curâ parandis, id agendum, ut aquæ, ubi eâ opus sit, quam minima copia adhibeatur et inter evaporandum ille semper caloris gradus teneatur, quem præbet balneum vaporis. Quum ad justam spissitudinem redacta sunt (sub finem evaporationis, inter continuam cum spathula agitationem), etiamnunc calentia immittuntur in vasa vitrea, post refrigerationem epistomiis vitreis arcte claudenda et loco frigido servanda.

Vasa, in quibus fit evaporatio, porcellanea sint vel e stanno puro confecta.

---

## EXTRACTUM ABSINTHII.

Rec. *Absinthii summitatum*, minutim concisarum, quantum placet.
Cum *Aquæ destillatæ* ferventis sufficiente quantitate in pultem fluidam rediguntur et, in dolio tecto interdum agitatæ, per horas viginti quattuor macerantur. Tum puls illa, sacculis linteis inclusa, prelo exprimitur; residuum vero cum Aquæ destillatæ fervidæ minori, quam antea adhibita fuerit, copiâ in pultis lentæ formam denuo redigitur exprimiturque post duodecim horarum macerationem. Quæ expressa

sunt liquida, in vasis figulinis vitreatis vel ligneis per noctem mixta relinquuntur, ut subsidat sedimentum; tum per pannum colantur et ad justam spissitudinem evaporant.

Fit etiam expressio sine sacculis et quidem commodius, prelo in dolium, apte ad id fabricatum, intrante.

---

## ☿ EXTRACTUM ACONITI.

*Aconiti folia recentia*, paullulum concisa, in mortario lapideo contunduntur, sub finem addendo foliorum libris singulis *Aquæ destillatæ* uncias duas, ut fiat massa pultacea, quæ, sacculis linteis inclusa, prelo fortiter exprimitur. Succus inde profectus leni igne ad ebullitionem calefit, per pannum trajicitur et ad syrupi spissitudinem vaporando redigitur.

*Hujus succi* partibus duabus, in lagenam immissis, *Spiritus concentrati* partes tres adduntur; quæ mixta optime conquassantur et per noctem seponuntur. Tum liquor supernatans primum, postea cetera colo chartaceo, antea madefacto, caute infundenda sunt et Spiritu edulcoranda; quæ vero colando clara facta sunt ad spiritum fugandum destillant. Liquor residuus, denuo colatus, ad extracti spissitudinem vaporat.

---

## ☿ EXTRACTUM ACONITI SPIRITUOSUM.

Rec. *Aconiti foliorum siccatorum* partem unam,
*Spiritus diluti* partes duas.

Folia grandiuscule pulverata in cucurbita vel lagena amplioris orificii per nycthemeron inter

agitandum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0110-1
DFG

agitandum cum Spiritu digeruntur. Expressione forti deinde institutâ, residuo

*Spiritus diluti* pars una et dimidia

denuo superinfunditur; quæ, iterum digesta, bene exprimuntur. E liquoribus colatis Spiritus destillatione separandus est, et residuum denuo colatum lege artis inspissandum.

---

## ☿ EXTRACTUM BELLADONNÆ.

Paratur e *Belladonnæ foliis*, ut Extractum Aconiti spirituosum.

---

## EXTRACTUM BETULÆ.

E *Betulæ foliis* recentibus, ut Extractum Absinthii, paratur.

---

## EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.

Paratur, ut Extractum Absinthii, e *Cardui benedicti foliis.*

---

## EXTRACTUM CASCARILLÆ.

Rec. *Cascarillæ corticis* contusi partem unam,
*Aquæ destillatæ* ferventis partes tres.

Post unicam ebullitionem lenem exprimendo colantur. Residuum iterum leniter coquitur cum *Aquæ destillatæ* partibus tribus et liquor exprimitur atque colatur; idque iteratur, donec aqua nullum saporem inde trahat.

Liquores, qui singulis ebullitionibus proveniunt, separatim ad syrupi spissitudinem vaporando rediguntur; tunc omnes commiscentur et ad justam consistentiam vaporant.

---



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0111-6
DFG

## EXTRACTUM CENTAURII MINORIS.

E *Centaurii minoris summitatibus* paratur eodem modo, quo Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM CHAMOMILLÆ.

Paratur e *Chamomillæ nostratis floribus* eodem modo, ac Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM CINÆ.

Rec. *Cinæ levanticæ* pulveratæ quantum placet,
*Ætheris* sufficientem quantitatem.

In apparatu idoneo, ut de Acido quercitannico jam præceptum est, instructo, Cina Æthere ter quaterve extrahitur. E liquoribus æthereis commixtis et, si opus est, colatis, quod cito et per infundibulum, laminâ vitreâ tectum, fieri debet, Ætheris quinque circiter sextæ partes destillatione evocantur; residuum vero in patina porcellanea vaporando comminuitur, ut fiat extractum.

---

## EXTRACTUM CINCHONÆ.

E *Cinchonæ regiæ cortice* paratur, ut Extractum Cascarillæ.

---

## EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

Rec. *Colocynthidis pulpæ* uncias quattuor, p. 16.
*Aquæ destillatæ* libras quattuor . . . p. 192.

Modico igne decoquuntur ad dimidium, et humor colatus balnei vaporis calore vaporat,

donec in mellis spissitudinem coierit. Tum admiscentur in pulverem tenuem tritorum

*Caryophyllorum* drachmæ duæ, . . . p. 1.
*Scammonii aleppensis* unciæ duæ, . . p. 8.
*Aloës lucidæ* unciæ quattuor, . . . . p. 16.

et miscela, vaporando exsiccata atque pulverata, servatur.

---

## ☿ EXTRACTUM CONII.

(Extractum Cicutæ interdum dictum.)

Paratur e *Conii herba recenti* eodem modo, ac Extractum Aconiti.

---

## EXTRACTUM CONII SPIRITUOSUM. ☿

E *Conii herba siccata* paratur, ut Extractum Aconiti spirituosum.

---

## EXTRACTUM DULCAMARÆ.

Paratur e *Dulcamaræ stipitibus*, ut Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM ENULÆ.

Rec. *Enulæ radicis*, in pulverem grandiusculum redactæ, quantum placet.

Digerendo cum miscela e
*Spiritus diluti*
et *Aquæ destillatæ*, singulorum partibus æqualibus bis terve extrahitur. Liquores spirituosi colati, separato destillatione Spiritu, ad extracti spissitudinem rediguntur.

---

## EXTRACTUM GENTIANÆ.

E *Gentianæ radice* concisa eodem modo paratur, quo Extractum Absinthii; sed Aquâ tepidâ extrahendum est.

---

## EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI. ☿

Ex *Hellebori nigri radice* incisa paratur, ut Extractum Cascarillæ.

---

## EXTRACTUM HYOSCYAMI. ☿

Paratur ex *Hyoscyami foliis recentibus*, ut Extractum Aconiti.

---

## ☿ EXTRACTUM HYOSCYAMI SPIRITUOSUM.

Paratur ex *Hyoscyami foliis siccatis* eodem modo, quo Extractum Aconiti spirituosum.

---

## EXTRACTUM JALAPPÆ.

Rec. *Jalappæ radicis* contritæ libram, . . . p. 1.
*Spiritus concentrati* libras quinque . . p. 5.

Macerantur modico calore, inter agitandum, per triduum, et effunditur tinctura. Residuum cum

*Aquæ destillatæ* libris duodecim . . . p. 12.

decoquitur ad colaturam unciarum triginta duarum. Dein tinctura et decoctum, separatim colata, minuuntur, hoc evaporando, illa destillando, donec spissescere incipiant. Postremo, quæ restant, miscentur et, inter assiduam cum spathula agitationem, exsiccantur. Pulveratum servatur extractum.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0114-4 DFG

## EXTRACTUM JUGLANDIUM.

*Juglandium putamina*, mixta cum *Aquæ destillatæ* parva copia, contunduntur in vase lapideo vel ligneo. Liquor inde expressus vaporat, donec mellis spissitudinem habeat.

---

## EXTRACTUM LIQUIRITIÆ.

Ut Extractum Gentianæ e *Liquiritiæ radice* parandum est.

---

## EXTRACTUM LUPULI.

E *Lupuli strobilis* paratur eodem modo, quo Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM MEZEREI.

Rec. *Mezerei corticis* partem unam,
*Spiritus concentrati* partes tres.

Cortex, concisus et in mortario ferreo cum exigua Spiritus quantitate contusus, digeritur cum Spiritu per horas triginta sex, vas subinde agitando et sub finem in balneo aquæ paullum calefaciendo. Liquore post refrigerium decanthato, residuum fortiter exprimitur et cum nova Spiritus copia digeritur, donec hic quam minimo sapore inficiatur. Liquores mixti et per chartam colati destillant ad remanentiam sextæ partis, quæ dein vaporat ad extractum.

---

## EXTRACTUM MILLEFOLII.

Paratur e *Millefolii summitatibus*, ut Extractum Absinthii.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0115-0 DFG

## EXTRACTUM NICOTIANÆ. ☿

E *Nicotianæ foliis recentibus*, ut Extractum Aconiti, paratur.

---

## EXTRACTUM NICOTIANÆ SPIRITUOSUM. ☿

Paratur e *Nicotianæ foliis siccatis*, ut Extractum Aconiti spirituosum.

---

## EXTRACTUM NUCIS VOMICÆ. ☿

Fit, ut Extractum Mezerei, e *Nucibus vomicis* rasis.

---

## EXTRACTUM POLYPODII.

E *Polypodii radice* paratur, ut Extractum Gentianæ.

---

## EXTRACTUM POMORUM FERRATUM.

Rec. *Pomorum acidulorum* excorticatorum libras duas, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 6.
*Limaturæ ferri* uncias quattuor . . . p. 1.

In lebete e ferro fuso mixta, aquâ adspersâ, in pultem tenuem rediguntur, quæ, interdum agitata, per dies quattuordecim ad viginti digeritur, aquam evaporatione dissipatam restituendo. Tum tantum *Aquæ destillatæ* affunditur, ut habeas pultem tenuiorem, quæ post aliquot horas, sacculis linteis inclusa, prelo fortiter exprimitur. Residuo, adjectâ aquâ, denuo expresso, liquores juncti, quum seponendo et colando depurati sunt, in vase porcellaneo ad justam spissitudinem rediguntur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0116-5 DFG

## EXTRACTUM RHEI.

*Rhei indici radicis*, in taleolas minutas dissectæ, pars una

*Aquæ destillatæ* tepidæ partibus quattuor infunditur. Macerata per nycthemeron, sacculo linteo inclusa, preli ope exprimuntur. Residuo tres Aquæ destillatæ partes affunduntur et, per duodecim horas macerata, iterum exprimuntur. Liquores per chartam, subinde renovandam, colati, ad consistentiam massæ pilularis inspissantur.

---

## ☿ EXTRACTUM STRAMONII.

Paratur e *Stramonii seminibus*, ut Extractum Aconiti spirituosum.

---

## EXTRACTUM TARAXACI.

E *Taraxaci radice recenti* paratur, ut Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM TRIFOLII AQUATICI.

Paratur e *Trifolii aquatici foliis*, ut Extractum Absinthii.

---

## EXTRACTUM VALERIANÆ.

Paratur e *Valerianæ minoris radice*, granditer pulverata, eodem modo, quo Extractum Aconiti spirituosum.

---

## FARINA HORDEI PRÆPARATA.

Rec. *Hordei Farinæ* libras sex.

Immittuntur in sacculum linteum, ita colligandum, ut inter farinam et ligaturam nullum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0117-1

sit spatium. Tum sacculus in aheno cupreo, stanno obducto et aquâ repleto, ita suspenditur, ut aheni parietes nusquam attingat. Coquitur deinde aqua per quattuordecim horas continuas, aheno aquâ semper repleto; quo facto massa globosa e sacco in patinam excutitur, et stratum ejus exterius, lubricum, cultri ope amovetur. Massa vero interior, modico calore siccata, conteritur et in vase clauso servatur.

---

## FERRUM PULVERATUM.

*Ferrum cusum*, limando comminutum, in mortario ferreo in pulverem subtilissimum teritur, qui per linteum tenerrimum, ut ad Bolum præparatam præceptum est, a pulvere grandiori separatur.

Servatur in vase bene clauso.

---

## FLAVEDO AURANTII.

*Aurantii cortices* in aquam fervidam immerguntur, donec mollescant; tum cultri ope ab albedine liberantur et, leni calore siccati, servantur.

---

## FLAVEDO CITRI.

E *Citri corticibus*, ut Flavedo Aurantii, paranda est.

---

## GELATINÆ.

Ad usum parantur.

---

## GELATINA CARAGHEEN.

### Gelatina Fuci crispi.

Rec. *Lichenis Caragheen* concisi drachmas tres, p. 3.
*Aquæ destillatæ* tantum,

ut, coquendo per horæ quadrantem, fiat colatura, quæ, solutâ in eadem

*Sacchari albi* pulverati unciâ dimidiâ, p. 4.

pondus habeat unciarum sex (p. 48). Refrigerando fit gelatina.

---

## GELATINA CORNUS CERVI.

Rec. *Cornus Cervi* rasi, aquâ aliquoties eloti, uncias quinque, . . . . . . . . . p. 80.

*Aquæ destillatæ* libras tres et dimidiam p. 672.

Modico igne coquuntur in vase tecto per septem vel octo horas. Liquor colatus, additis et permixtis

*Albumine Ovi* unius,

*Succi Citri* drachmâ sesquialterâ, . . . p. 3.

*Sacchari albi* pulverati unciâ sesquialtera, . . . . . . . . . . . . . . p. 24.

*Vini rhenani* unciis tribus, . . . . . . p. 48.

ter inter agitandum ebullit et, etiamnunc calens, per pannum laneum colatur. Refrigerando fit gelatina.

---

## GELATINA LICHENIS ISLANDICI.

Rec. *Lichenis islandici præparati* uncias duas, p. 1.

*Aquæ destillatæ* sufficientem quantitatem.

Quibus per horæ quadrantem coctis, fit per linteum fortiter exprimendo colatura libræ unius (p. 6), quæ loco frigido, ut fiat gelatina, seponitur.

---

## GLOBULI MARTIALES.

Tartarus martialis. Tartras kalico-ferricum.

Rec. *Ferri Limaturæ* uncias novem, . . . . p. 3.

*Tartari depurati* pulverati libras duas, p. 8.

*Aquæ destillatæ* libras viginti quattuor p. 96.
In vase ferreo coquuntur, agitando cum spathula ferrea, quamdiu Gas Hydrogenii evolvatur; tum liquor una cum sale albicante, relicto ferro forte intacto, defunditur et in balneo vaporis eo usque vaporando comminuitur, ut exinde formari possint globuli unciæ unius.

## HÆMATITES PRÆPARATUS.

Præparatur *Hæmatites*, ut Bolus præparata.

## HYDRARGYRUM CUM CRETA.

Rec. *Hydrargyri destillati* drachmas sex,. p. 3.
*Cretæ præparatæ* drachmas decem . . p. 5.
Assidue conteruntur, donec Hydrargyri globuli oculo armato non amplius conspiciantur.

## HYDRARGYRUM DESTILLATUM.

Rec. *Hydrargyri* libras duas.
Immittuntur retortæ vitreæ firmæ, longo collo instructæ atque satis capaci, ita ut dimidia ejus pars vacua supersit; collum retortæ inseritur excipulo, tantâ aquæ copiâ replendo, ut superficiem aquæ fere adtingat. Retortâ deinde balneo arenæ impositâ atque strato arenæ tectâ, ignis caute intenditur, ut lente ferveat Hydrargyrum; et sic pergendum, dum unciæ viginti hydrargyri transierint, quæ, ab aqua separatæ et siccatæ, per cucullum chartaceum perfunduntur et in vitro obturato servantur.

Quod si deest retorta, longo collo instructa, collum retortæ communis tubo chartaceo longius reddendum est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0120-6

## HYDRAS FERRICUS IN AQUA.

Rec. *Chloreti ferrici* libram dimidiam . . . p. 1.
Solvitur in
*Aquæ destillatæ* libris decem . . . . . p. 20.

Huic solutioni, si opus est, colatæ, solutio frigida e
*Bicarbonatis kalici* sufficiente quantitate
et *Aquæ destillatæ* decuplo pondere
confecta, diligenter agitando cum baculo vitreo, sensim admiscetur, quamdiu prodit præcipitatum; quod quum post quietem fundum petiit, solutio supernatans effunditur, et fit, Aquam destillatam diligenter affundendo, perfecta ablutio. Denique aquâ, quantum fieri potest decanthando remotâ, puls liquida in vasis vitreis obturatis servatur.

Observandum, quattuor saltim hujus pultis libras in officina semper paratas prostare debere.

---

## HYDRAS KALICUS.

### Causticum salinum.

*Solutio Hydratis kalici*, in olla ferrea, bene mundata et linteo mundo cooperta, vaporando supra ignem consumitur, usque dum guttulâ refrigerando perfecte solidescat. Quo facto in crucibulum ferreum vel potius argenteum effunditur, in quo, aucti caloris ope liquefit, donec massa intumescere cessaverit et, crucibulo ad rubedinem calefacto, olei instar leniter fluat. Tum in fistulas ferreas idoneas effunditur hydras, et refrigeratus in vitro optime clauso servatur.

---

## HYPOCHLORIS CALCICUS.

### Oxymurias calcicum. Calx oxymuriatica.

Rec. *Calcis ustæ*, aquâ affusâ in hydratem conversæ et per cribrum trajectæ, quantum placet.

Underchlorsyrlig kalk.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0121-2

Immittitur, quantum fieri potest diffuse, in vas idoneum, in quod *Gas Chlori* (ut ad Aquam Chlori præceptum est extricandum et lavandum) lente inducitur, quamdiu Chlorum ab Hydrate calcico absorbetur, qui ne calorem graduum + 30° C. superet, cavendum. Peractâ saturatione, nova hydratis copia gasi exponenda est; quod vero jam saturatum est in vasis non magnis, bene obturatis, loco umbroso frigidoque asservandum.

---

## INFUSA.

Fiunt infusa, nisi alia præparandi ratio præscribitur, Aquam destillatam fervidam affundendo substantiis præscriptis et rei convenienter comminutis, in vase idoneo e stanno puro, vitro vel massa porcellanea confecto, collocatis; fit deinde per præscriptum temporis spatium maceratio, vas operculo clausum interdum agitando. Quo autem evitetur nimia aquæ fervidæ inter affundendum refrigeratio, præsertim ubi copia ejus minor sit, rite agitur, si vas, Aquam ferventem affundendo et circumagitando et denique effundendo, ante præparationem Infusi calefiat. Infusum per linteum mundum leniter exprimendo colatur.

Ex tempore parantur.

---

## INFUSUM AURANTII AROMATICUM.

Rec. *Caryophyllorum* contusorum,
*Citri corticum* concisorum, singulorum drachmam dimidiam, . . . . . . . . . p. 1.
*Aurantii corticum* concisorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Aquæ destillatæ* ferventis uncias octo p. 128.
Macerantur per horæ quadrantem.

---



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0122-8

## INFUSUM CINCHONÆ.

### Infusum Kinkinæ.

Rec. *Cinchonæ regiæ* corticis contusi unciam, p. 1.
*Aquæ destillatæ* ferventis uncias decem p. 10.

Per horæ quartam partem digeruntur, et colatur infusum etiamnunc fervidum.

---

## INFUSUM DIGITALIS.

Rec. *Digitalis foliorum* comminutorum drachmam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* ferventis uncias octo p. 64.

Macerantur per horam dimidiam.

---

## INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

Rec. *Gentianæ rubræ radicis,*
*Aurantii corticum,*
*Citri corticum,* singulorum contusorum drachmam, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* ſerventis libram . . . p. 96.

Macerantur per horam.

---

## INFUSUM LINI.

Rec. *Liquiritiæ radicis* concisæ scrupulos octo, p. 1.
*Lini seminum* integrorum unciam, . . p. 3.
*Aquæ destillatæ* fervidæ uncias sedecim p. 48.

Macerantur loco calido, inter assiduam quassationem, per horam.

---

## INFUSUM MALTI.

Rec. *Malti* fumo haud inquinati, aliquantulum comminuti, uncias duas; . . . . p. 1.
macerantur per quattuor horas cum

*Aquæ destillatæ* fervidæ unciis quattuordecim . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 7.

## INFUSUM RHEI.

Rec. *Bicarbonatis natrici* drachmas duas, p. 1.
*Rhei indici radicis* contusæ uncias duas, p. 8.
*Aquæ destillatæ* frigidæ libram unam et dimidiam . . . . . . . . . . . . . . . p. 72.

In vase vitreo inter agitandum macerantur per duodecim horas; quo facto colatura, leniter exprimendo facta, ad ebullitionem calefit.

## INFUSUM ROSÆ ACIDULUM.

Rec. *Acidi sulphurici diluti* drachmam, . . p. 3.
*Rosæ domesticæ petalorum* siccatorum scrupulos quattuor, . . . . . . . . . . p. 4.
*Sacchari albi* unciam dimidiam, . . . p. 12.
*Aquæ destillatæ* ferventis uncias tredecim . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 312.

Rosæ petalis Aqua superinfunditur in vase vitreo claudendo; dein, instillato acido, macerantur per horam dimidiam. Liquori colato adjicitur saccharum.

## INFUSUM SENNÆ.

Rec. *Sennæ alexandrinæ* unciam, . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* fervidæ uncias octo . p. 8.

Macerantur per horam.

## INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

Rec. *Coriandri seminum* drachmam, . . . . p. 2.
*Tartratis kalici* drachmas duas et semis, p. 5.
*Passúlarum minorum* drachmas tres, p. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0124-9
DFG

*Sennæ alexandrinæ* drachmas sex . . p. 12.
Incisis et contusis affunditur
*Aquæ destillatæ* ferventis tantum,
ut, post digestionem per horam, fiat colatura tanti ponderis, ut, solutis in eadem
*Mannæ electæ* unciis duabus et semis, p. 40.
liquor, exprimendo iterum colatus, pondus habeat unciarum novem (p. 144).

---

## JODETUM HYDRARGYRICUM. ☿

Rec. *Chloreti hydrargyrici corrosivi* unciam unam et drachmas tres, . . . . . . . . . p. 33.
*Jodeti kalici* unciam unam et drachmas quinque cum scrupulo . . . . . . . p. 40.
Solvuntur separatim in sufficiente *Aquæ destillatæ* quantitate, quo facto solutiones colatæ miscentur, inter agitandum cum baculo vitreo. Præcipitatum, hinc oriundum, colo colligitur et, Aquâ destillatâ ablutum, leni calore siccatur.

---

## JODETUM HYDRARGYROSUM. ☿

Rec. *Hydrargyri destillati* unciam, . . . . p. 8.
*Jodi* drachmas quinque . . . . . . . . . p. 5.
In mortario porcellaneo miscentur diligenter terendo, additis per vices *Spiritus concentrati* tot guttis, ut massa semper humida sit, usque dum Hydrargyrum disparuerit et massa ipsa colorem flavescenti-viridem acceperit. Tum *Spiritu concentrato*, quamdiu is aliquid solvat, abluitur, leni calore, sine lucis accessu, siccatur et loco obscuro servatur.

Cavendum, ne majores simul Hydrargyri et Jodi quantitates conterantur, neve inter miscendum exsiccentur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0125-5

## JODETUM KALICUM.

Rec. *Solutionis Hydratis kalici* quantum placet.
Leniter calefactæ sensim additur
*Jodum*,

agitando cum bacillo vitreo, donec liquor colorem fuscum acceperit; quo facto ad siccum evaporat. Massa residua in crucibulo porcellaneo vel platinico tecto supra ignem, sensim augendum, liquatur et liquata habetur, quamdiu ferveat; deinde effunditur, ut refrigescat. Post refrigerium deminuta in vase clauso statim servatur.

---

## JULAPIUM E MOSCHO.

### Mixtura Moschi.

Rec. *Moschi tunquinensis* grana quattuor, p. 1.
*Sacchari albi*,
*Gummi arabici*, singulorum pulveratorum
grana duodecim, . . . . . . . . . p. 3.
*Aquæ Rosæ* uncias duas . . . . . . . p. 240.

Teritur Moschus primum cum Saccharo, deinde cum Gummi, instillando paullatim Aquam Rosæ.

---

## KERMES MINERALIS.

### Hydrosulphuretum stibiosum.

Rec. *Sulphureti stibici præparati* unciam, . p. 1.
*Sodæ depuratæ crystallisatæ* libras duas, p. 24.
*Aquæ destillatæ* libras viginti . . . . p. 240.

In Aqua solvitur Soda depurata; solutioni in olla ferrea, munda, ebullienti, additur Sulphuretum, quo facto liquor, agitando cum spathula lignea, per horam dimidiam ulterius ebullit et, etiamnunc fervidus, in vas jam calefactum colatur. Refrigeratus a præcipitato sponte nato,

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0126-1
DFG

chartæ bibulæ ope, separatur, et Sulphureto residuo rursus affunditur, denuo per horæ dimidium decoquitur et percolatur. Præcipitata, his laboribus comparata, Aquâ destillatâ frigidâ sedulo abluuntur et ad gradum caloris + 25° C. haud superantem cautissime siccantur. In vase vitreo sicco, bene obturando, mixta servantur.

---

## LACTAS FERROSUS.

Rec. *Sacchari Lactis* pulverati unciam, . . p. 1.
*Ferri Limaturæ*, oxido haud inquinatæ, unciam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Oxygalactos vaccini* libras duas . . p. 24.

Digeruntur in lagena sæpius agitanda, cujus apertura clauditur subere, tubum vitreum in acumen eductum includente, ad temperaturam + 30°—40° C., per dies aliquot vel donec Saccharum Lactis evanuerit; cujus quum nova deinceps uncia addita est, totum ulterius digeritur, usque dum Lactas ferrosus, pulveris instar albidi, deponi incipiat. Tum liquor una cum depositis ad ebullitionem calefit et bulliens in lagenam, deinde claudendam, percolatur.

Quum Lactas ferrosus, e liquore refrigerato depositus, post dies quosdam non amplius crescit, liquor supernatans defunditur et crustæ crystallinæ, Aquâ frigidâ aliquoties elotæ, calore blandissimo inter chartæ plagulas citissime siccantur.

Servatur in vase, optime claudendo.

---

## PAPILLI CANCRORUM PRÆPARATI.

Præparantur *Lapilli Cancrorum*, ut Bolus præparata.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0127-7
DFG

## LAPIS DIVINUS.

### Cuprum aluminatum.

Rec. *Vitrioli de Cypro,*
*Nitratis kalici depurati,*
*Aluminis crudi,* singulorum unciam p. 16.

Pulverata et inter se mixta in vase fictili vitreato liquefiunt modico calore. Liquatis et ab igne remotis admiscetur

*Camphoræ depuratæ* drachma dimidia; p. 1.

quo facto massa, super porphyritem effusa et refrigerata, in frustula diffringitur et in vase clauso servatur.

---

## LICHEN ISLANDICUS PRÆPARATUS.

Rec. *Carbonatis kalici depurati* drachmas duas,
*Aquæ* libras viginti quattuor.

Fit solutio, quæ

*Lichenis islandici* mundati libræ uni

superinfunditur. Post macerationem per duodecim horas, quod liquidum est, decanthatur; lichen vero, aquâ frigidâ, quamdiu hæc sapore imbuatur, ablutus, siccatur et servatur.

---

## LINCTUS.

Non nisi ad usum parantur.

---

## LINCTUS BORACICUS.

### Linctus Boratis natrici.

Rec. *Boracis pulveratæ* drachmam, . . . . p. 1.
*Mellis Rosæ* drachmas decem . . . . p. 10.

Conteruntur, donec Borax soluta sit.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0128-3 DFG

## LINCTUS HYPOCHLORITIS CALCICI.

Linctus Oxymuriatis calcici.

Rec. *Solutionis Hypochloritis calcici* drachmam, p. 1.
*Mellis depurati,*
*Aquæ destillatæ*, singulorum drachmas sex p. 6.
Agitando miscentur.

## LINCTUS MELLITUS.

Rec. *Olei Olivarum provincialis* unciam, . p. 1.
*Mellis depurati* uncias tres . . . . . . p. 3.
Miscentur.

## LINCTUS OLEOSUS.

Mucilago oleosa.

Rec. *Gummi arabici* pulverati unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ Amygdalarum amararum dilutæ,*
*Olei Amygdalarum* recentis, singulorum unciam . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
In mortario lapideo triturando mixtis additur sensim
*Syrupi Althææ* uncia et semis, . . . . p. 3.
ut fiat linctus.

## LINIMENTUM AMMONICUM.

Rec. *Ammoniaci caustici* unciam dimidiam, p. 1.
*Olei Olivarum communis* unciam . . . p. 2.
Miscentur quassando. Non nisi ad usum paratur.

## LINIMENTUM CALCICUM.

Rec. *Olei Lini frigide expressi,*
*Aquæ Calcis,* singulorum partes æquales.
Miscentur. Ad usum paratur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0129-1

## LINIMENTUM SAPONIS CAMPHORATUM.

Rec. *Saponis albi hispanici* uncias quattuor, p. 16.
*Spiritus diluti* libras duas . . . . . . p. 96.

Digeruntur, donec sapo solutus sit; tum adduntur

*Olei Rosmarini* drachmæ duæ, . . . . p. 1.
*Camphoræ depuratæ* uncia . . . . . . p. 4.

Servatur loco, ubi temperatura gradibus +15° C. non est inferior.

## LIQUOR ACIDUS HALLERI.

### Elixir acidum Halleri.

Rec. *Spiritus concentrati*,
*Acidi sulphurici destillati*, singulorum uncias tres vel partes æquales.

Acidum sensim et caute in Spiritum instillatur, cavendo, ne nimis calefiat mixtura, quæ, post refrigerationem, in vase vitreo, epistomio vitreo munito, servatur.

## LIQUOR AMMONIACI ANISATUS.

### Spiritus Salis ammoniaci anisatus.

Rec. *Ætherolei Anisi* unciam dimidiam, . . p. 2.
*Spiritus concentrati* libram . . . . . . p. 48.

Solutis adduntur

*Ammoniaci caustici* unciæ duæ et drachmæ sex . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 11.

Servatur in vase bene clauso.

## LIQUOR AMMONIACI AROMATICUS.

### Spiritus volatilis aromaticus.

Rec. *Olei Cassiæ* scrupulum dimidium, . . p. 1.
*Olei de Cedro* scrupulum, . . . . . . . p. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0130-2
DFG

*Ætherolei Piperis jamaicensis* scrupulos duos, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Solutionis Carbonatis ammonici spirituosæ* uncias sex . . . . . . . . . . . . p. 288.

Miscentur, ut solvantur ætherolea, et servantur in vase bene clauso.

---

## LIQUOR AMMONIACI SUCCINATUS.

Alkali ammoniacum succinatum. Ammoniacum succinatum. Aqua Luciæ.

Rec. *Olei Succini empyreumatici rectificati* scrupulum; . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
solvitur in
*Spiritus concentrati* uncia, . . . . . . p. 24.
et solutioni colatæ adjiciuntur
*Ammoniaci caustici* unciæ quattuor . p. 96.

In vase probe clauso servatur.

---

## LIQUOR CORNUS CERVI.

Liquor Subcarbonatis ammonici.

Rec. *Cornus Cervi* rasi quantum placet.

E vase destillatorio ferreo apto, cui adaptatum est vas excipiens amplum cum tubo intermedio, fit destillatio, igne sensim ad summum fere aucto. Transeunt *Liquor alkalinus, Oleum empyreumaticum* et *Sal*. Liquor purificatur, quum colando per chartam bibulam humidam ab oleo et sale separatur.

Pondus specificum 1.06 erit; quod si majus sit, liquor Aquâ destillatâ diluendus est, ut justam habeat densitatem. In vasis parvis, bene obturatis, loco obscuro servatur.

Paratur etiam ex *Ossibus Pecorum* contusis et, coquendo cum Aqua, a pinguedine liberatis.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0131-8

## LIQUOR CORNUS CERVI ACETATUS.

loco Liquoris Tartratis ammonici.

Rec. *Liquoris Cornus Cervi* libram, . . . . p. 48.
*Acidi acetici concentrati* quantum sufficit ad saturandum.

Saturatione peractâ et Acido carbonico ope lenis caloris fugato, inter agitandum adduntur
*Olei Succini empyreumatici rectificati* drachmæ duæ; . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
et fit, post horas viginti quattuor, colatio. Servatur in vase bene clauso.

---

## LIQUOR CORNUS CERVI SUCCINATUS.

Liquor Succinatis ammonici.

Rec. *Liquoris Cornus Cervi* quantum placet.
*Acidi succinici* quantum ad plenam saturationem requiritur.

Saturatione peractâ et Acido carbonico lenis caloris ope fugato, post viginti quattuor horas colantur et in lagena, bene clausa, servantur.

---

## LIQUOR PYROTARTARICUS.

*Tartarus crudus* retortæ ferreæ aptæ immittitur, ut hujus duas tertias partes occupet, et igne sensim aucto fit destillatio. In recipiens vas, quod capacissimum sit, transibit *Liquor acidus* una cum *Oleo*, ab illo per chartam bibulam humidam separandus.

---

## LITHARGYRIUM PRÆPARATUM.

Præparatur *Lithargyrium* eodem modo, quo Bolus præparata.

---

## MAGNESIA USTA.

*Magnesia alba* uritur in crucibulo, donec cum acidis dilutis non effervescat, et in vitro, sollicite clauso, servatur.

## MEL DEPURATUM.

Rec. *Mellis* libras sex, . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras duodecim . . . p. 2.

Aqua cum *Albumine Ovorum* sex in spumam agitata, cum Melle semel ebullit, quo facto liquor, per pannum laneum trajectus, evaporando in balneo vaporis, ad pondus specificum 1.44 redigitur. Loco frigido servatur.

## MEL ROSÆ.

Rec. *Rosæ domesticæ petalorum* siccatorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias sex . . . . . . p. 6.

Macerantur per duodecim horas, et liquori colato admiscetur
*Mellis depurati* libra . . . . . . . . . . . p. 12.

Servatur loco frigido.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

Submurias ammonico-hydrargyricum.
Mercurius cosmeticus.

Rec. *Chloreti hydrargyrici corrosivi,*
*Salis ammoniaci depurati,* singulorum partes æquales.

In *Aquæ destillatæ* pondere octuplo solvuntur; quo facto solutioni colatæ
*Solutio Carbonatis kalici*
additur, quamdiu aliquid præcipitatur. Quod fundum petit, a liquido separatum et Aquâ destillatâ non calidâ ablutum, siccatur et servatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0133-9

## ☿ MIXTURA ARSENICALIS FOWLERI.

Mixtura mineralis Fowleri. Solutionis Arsenitis kalicæ loco.

Rec. *Arsenici albi* pulverati,
*Carbonatis kalici puri*, singulorum grana sedecim, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Aquæ destillatæ* uncias duas . . . . . p. 240.

Coquuntur in vase vitreo, donec Arsenicum solutum sit. Solutioni refrigeratæ admiscentur
*Spiritus Lavendulæ* drachma, . . . . p. 15.
*Aquæ destillatæ* tantum,
ut liquidum pondus unciarum quattuor (p. 480) habeat. Cautissime asservatur.

---

## ☿ MIXTURA MERCURIALIS.

Solutio Muriatis hydrargyrici corrosivi.

Rec. *Chloreti hydrargyrici corrosivi*,
*Salis ammoniaci depurati*, singulorum grana sex, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.

Solvuntur in
*Aquæ destillatæ* unciis decem . . . . p. 800.

Solutioni colatæ adduntur
*Syrupi Sacchari* unciæ duæ . . . . . p. 160.

Vase clauso caute servatur.

---

## MIXTURA PYROTARTARICA CAMPHORATA.

Mixtura diatrion vel simplex.

Rec. *Acidi sulphurici diluti* unciam, . . . p. 4.
*Liquoris pyrotartarici* uncias tres, . p. 12.
*Solutionis Camphoræ spirituosæ* uncias quinque . . . . . . . . . . . . . p. 20.

Mixta

Mixta tinguntur
*Myrtilli baccarum* drachmis duabus; p. 1.
deinde colantur.

---

## MORPHINA. ☿

Rec. *Opii levantici* concisi libram, . . . . p. 6.
*Aquæ destillatæ* libras tres . . . . . . p. 18.
Macerantur sæpius agitando per biduum; quo facto liquor defunditur et massa residua cum
*Aquæ destillatæ* libris tribus . . . . . p. 18.
denuo maceratur; quod, liquore defuso, tertium etiam fit vel donec Opium exhaustum sit.

Liquores commixti balnei vaporis calore ad pondus specificum 1.02—1.03 rediguntur; tum colantur. Colaturæ claræ adjicitur inter agitandum solutio e
*Bicarbonatis kalici* unciis duabus . . . p. 1.
et *Aquæ destillatæ* unciis decem . . . . . p. 5.
confecta. Mixtura, per dies aliquot seposita, iterum colatur, et liquor clarus per horæ quadrantem ebullit; quo facto per dies quattuor iterum seponitur.

Morphina, post hæc excreta, colligitur et ope
*Acidi sulphurici diluti*, guttatim et inter agitandum addendi,
in *Aquæ destillatæ* libra . . . . . . . . . . p. 6.
solvitur. Solutio clara et paullum acida, admixtâ
*Spiritus concentrati* librâ, . . . . . . . . p. 6.
cum *Carbonis animalis* tanta copia, quanta sufficit ad decolorandum,
digeritur et, denuo colata, cum
*Ammoniaci caustici* tanta copia
miscetur, ut id leniter excedat. Tum in vase aperto per aliquot dies seponitur, ut Ammonia-

cum excedens avolet; deinde Morphina deposita colligitur et Aquâ destillatâ lavatur. Siccata servatur. Liquor ille, qui Morphinam deposuit, vaporando novam ejus tradit copiam.

Si non plane alba est, repetitâ e Spiritu concentrato crystallisatione purificatur.

---

## MORSULI AROMATICI.

Rec. *Sacchari albi* libram; . . . . . . . . p. 288.
cum *Aquæ destillatæ* parva copia
incoquitur, donec gutta excepta induresat; tum adjiciuntur

*Zingiberis radicis* pulveratæ scrupulus, p. 1.
*Cinnamomi ceylanici corticis* contusi uncia dimidia, . . . . . . . . . . . . . . p. 12.
*Amygdalarum dulcium* decorticatarum et minutim concisarum,
*Conditi Aurantii* concisi, singulorum uncia . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 24.

Fiunt morsuli.

---

## MORSULI CITRICI.

Rec. *Sacchari albi* pulverati uncias quattuor; p. 8.
leniter calefactis adjicitur

*Citri Succi* uncia dimidia . . . . . . . . p. 1.

Fiunt morsuli.

---

## MORSULI STIBIATI.

### Morsuli antimoniales vel restaurantes Kunkelii.

Rec. *Cinnamomi ceylanici corticis* pulverati drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . p. 1.

*Sulphureti stibici præparati* unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Amygdalarum dulcium,* decorticatarum et minutim concisarum, unciam . p. 4.
Miscentur cum
*Sacchari albi,* in *Aquæ destillatæ* quantitate sufficiente soluti et ad debitam spissitudinem cocti, unciis septem p. 28.
Formantur inde morsuli æquales sedecim.

---

## MUCILAGINES.

Non nisi ad usum parantur.

---

## MUCILAGO CRETACEA.

### Potio cretacea.

Rec. *Sacchari albi* pulverati drachmam et semis, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Gummi arabici* pulverati,
*Cretæ præparatæ,* singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Aquæ destillatæ* uncias sex . . . . . . . p. 96.
Teruntur pulveres mixti cum parva Aquæ parte in pultem tenuem, illâ, quæ superest, Aquæ copiâ diluendam.

---

## MUCILAGO CYDONIORUM.

Rec. *Cydoniorum seminum,* aquâ aliquoties elotorum, drachmam . . . . . . . . p. 1.
Vitro injectis affunduntur
*Aquæ Rosæ* unciæ octo . . . . . . . . . p. 64.
Fit per quartam horæ partem quassando mucilago, quæ per linteum exprimendo colatur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0137-2

## MUCILAGO GUMMI ARABICI.

Rec. *Gummi arabici* pulverati unciam, . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias duas . . . . . . p. 2.

Gummi cum Aqua, paullatim instillata, in mortario vitreo teritur, donec in mucilaginem abierit.

---

## MUCILAGO SALEB.

Rec. *Saleb radicis* pulveratæ drachmam, p. 1.
*Aquæ destillatæ* frigidæ uncias duas p. 16.

In mortario vitreo contritis et dein in lagenam capacem inditis adduntur

*Aquæ destillatæ* ferventis unciæ decem p. 80.

Mixta conquassantur, donec refrixerint.

## NITRAS ARGENTICUS.

*Argentum purum*
in *Acido nitrico diluto*

solvitur; solutio, si necesse est, colanda, ope balnei vaporis ad siccum vaporat. Massa sicca in patina porcellanea supra balneum arenæ liquata habetur, quamdiu ferveat; effunditur deinde et post refrigerationem in vase opaco, clauso, servatur.

Si autem massa liquata in fistulas ferreas idoneas secundum leges artis effunditur,

## NITRAS ARGENTICUS IN BACILLIS,

Causticum lunare vel Lapis infernalis, vocatur.

---

## NITRAS KALICUS DEPURATUS.

Nitrum depuratum.

Rec. *Nitri crudi* quantum placet;
in *Aquæ destillatæ* quadruplo pondere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0138-8 DFG

solvitur; solutio colata et vaporando ad pelliculam consumpta cum *Aquæ destillatæ* frigidæ duodecima circiter voluminis sui parte commiscetur et quam citissime, inter continuam liquidi agitationem, refrigeratur. Pulvis crystallinus, hoc modo ortus, cum Aquæ frigidæ parva copia abluitur et deinde siccatur. Quod si non plane albus sit, denuo simili modo purificatur.

Qui in muria et aqua lotionis manet Nitras, vaporando et refrigerando recuperatur.

## OLEUM AMYGDALARUM.

Rec. *Amygdalarum dulcium,* non rancidarum, quantum vis.

In mortario lapideo vel ferreo contusis et sacculo inclusis, exprimitur oleum, prelo primum frigido, postremo aquâ fervente calefacto, post quietem a fæcibus colatione separandum.

Oleum, frigide expressum, separatim servatur.

## OLEUM CACAO.

*Cacao de Caracas semina,* quot placet, leni igne torrentur, ut eo facilius a cortice mundari possint. Dein in pulverem comminuuntur et in olla ferrea cum *Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate coquuntur, ut oleum separetur; tum, aquâ refrigeratâ, oleum concretum eximitur et loco calido per colum chartaceum trajicitur. In capsulis ferreis, stanno obductis, refrigeratum denuo concrescit.

## OLEUM CANTHARIDUM INFUSUM.

Rec. *Cantharidum contusarum* uncias duas, p. 1.
*Olei Olivarum communis* uncias octo p. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0139-7

Digeruntur, ope balnei vaporis, in vase vitreo per horas viginti quattuor; colatur deinde oleum, primum exprimendo per linteum, tum per chartam, et servatur.

---

## OLEUM CHABERTI.

Oleum anthelminticum. Oleum Cornu Cervi terebinthinatum Ph. Veterin.

Rec. *Olei Cornus Cervi empyreumatici* unciam, p. 1.
*Ætherolei Terebinthinæ depurati* uncias tres . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

Quibus retortæ vitreæ immissis, adjuncto excipulo, destillatione eliciuntur unciæ tres (p. 3), in vasa vitrea parva, bene obturanda, statim immittendæ atque loco obscuro servandæ.

---

## OLEUM CORNUS CERVI EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM.

Oleum animale Dippelii.

Rec. *Olei Cornus Cervi empyreumatici,*
*Carbonis vegetabilis præparati,* singulorum par pondus.

Mixta in retortam vitream tubulatam injiciuntur, et oleum igne lenissimo destillat, quamdiu destillatum colore caret.

Quod destillavit, si flavidum habet colorem, modo præscripto iterum purificandum est.

In lagenis vitreis, perparvis ac bene clausis, loco obscuro, servatur.

---

## ☿ OLEUM CROTONIS.

Rec. *Granorum Tiglii,* in pulverem grandiusculum redactorum, uncias sex,

*Spiritus concentrati* quantum satis.

Grana Tiglii in apparatu idoneo, qualis ad Acidum quercitannicum præcipitur, Spiritu extrahuntur. E liquore spirituoso destillatione elicitur Spiritus, ad aliam talem operationem conservandus; quod vero restat oleum, per dies aliquot, ut Spiritus omnis avolet, seponitur et deinde colatum servatur.

---

## OLEUM FILICIS MARIS.

### Extractum Filicis Maris æthereum.

Rec. *Filicis Maris radicis*, recens siccatæ et in pulverem redactæ, quantum vis,
*Ætheris* sufficientem quantitatem.

Pulvis radicis Æthere ter quaterve extrahitur in apparatu idoneo, ita instructo, ut ad Acidum quercitannicum jam monitum est. Æthere deinde e liquoribus æthereis per destillationem elicito, residuum in balneo vaporis ad consistentiam mellis comminuitur et in lagena, amplo orificio prædita atque epistomio vitreo munita, servatur.

---

## OLEUM HYOSCYAMI INFUSUM.

Rec. *Hyoscyami foliorum recentium* libram, p. 1.
*Olei Olivarum communis* libras tres p. 3.

Digeruntur leni calore, inter assiduam agitationem, per duodecim horas. Oleum exprimitur, colatur et servatur.

---

## OLEUM LINI FRIGIDE EXPRESSUM.

E *Lini seminibus* eodem modo exprimitur, atque Oleum Amygdalarum, sed prelo semper frigido.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0141-3

## OLEUM OVORUM.

*Ova gallinacea* recentia, quot placet, coquuntur, ut penitus indurescant; dein vitelli eximuntur et comminuti, in lagena clausa, interdum agitanda, cum *Ætheris* sufficiente quantitate macerantur per horas duodecim. Solutione æthereâ defusâ, residuum cum nova Ætheris copia est macerandum, donec omnis, quæ quæritur materia, evocata sit. Liquores commixti ad Ætherem recuperandum destillant; deinde quod restat in balneo vaporis liquatum detinetur et, quum ne vestigium quidem Ætheris observare licet, per chartam trajicitur. In lagenis haud magnis, bene obturatis, loco frigido servatur; ubi dabitur oleum, lagena antea calefacienda est, ita ut nulla olei pars concreta sit.

---

## OLEUM SUCCINI EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM.

*Oleum Succini crudum* eodem modo, atque Oleum Cornus Cervi empyreumaticum, rectificatur.

---

## ☿ OPIUM DEPURATUM.

### Extractum thebaicum. Extractum Opii gummosum.

*Opium levanticum*, contusum et in frustula minuta dissectum, cum sextupla *Aquæ destillatæ* frigidæ quantitate per duodecim horas maceratur; Opio deinde, agitando cum spathula, quantum fieri potest, in liquorem dispertito, fit denuo per horas duodecim maceratio. Solutum, fortiter expressum, per linteum trajicitur; resi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0142-9
DFG

duum vero cum sextupla Aquæ copia iterum maceratur solutumque colatur. Solutiones mixtæ in balneo aquæ evaporant ad consistentiam extracti, quod in octuplo Aquæ destillatæ pondere denuo solvitur. Jam miscela, ut subsidat, seponitur, quo facto liquor denuo colatur, in balneo vaporis ad siccum redactus pulveratur et in lagena, probe obturanda, servatur.

---

## OPODELDOC.

### Linimentum saponato-camphoratum.

Rec. *Camphoræ depuratæ* unciam unam et dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . p. 12.
*Saponis e Butyro* uncias sex, . . . . p. 48.
*Spiritus concentrati* libras tres . . . . p. 288.

Digeruntur in vase clauso, interdum agitando; solutioni adduntur

*Ætherolei Thymi*,
*Olei Origani cretici*, singulorum drachma, p. 1.
*Olei Rosmarini* uncia dimidia, . . . . . p. 4.
*Ammoniaci caustici* unciæ duæ et semis p. 20.

Liquor, etiamnunc calidus, in lagenas altas, ore amplo præditas, colatur, quæ suberibus probis statim obturantur.

---

## OXIDUM FERRICO-FERROSUM.

### Æthiops martialis præcipitatus.

Rec. *Acidi Vitrioli* unciam unam et semis, p. 3.
*Sulphatis ferrosi* uncias decem, . . . p. 20.
*Aquæ destillatæ* uncias viginti vel plures p. 40.

Calefiunt in vase vitreo vel porcellaneo amplo inter agitandum, usque dum ebulliant; tum sensim et guttatim admiscetur

*Aqua fortis*,

Ferroxid-Oxidul.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0143-5

donec color liquoris badius evanuerit et ferrum omne oxydatum sit, cavendo tamen, ne major, quam requiratur, Aquæ fortis copia addatur. Solutio deinde refrigerata Aquâ destillata diluitur et, additâ solutione, e

*Sulphatis ferrosi* unciis quinque . . . p. 10.
et *Aquæ destillatæ* unciis quindecim . . p. 30.

confectâ, cum solutione *Sodæ depuratæ* excedente præcipitatur; quo facto miscela, inter assiduam agitationem, in vase ferreo mundo coquitur, donec effervescentia cessaverit et præcipitatum in pulverem subtilem, nigrum, conversum sit, qui, colo collectus et bene lotus, exprimitur, celeriter siccatur et in vase clauso servatur.

---

## OXIDUM HYDRARGYRICUM.

### Mercurius præcipitatus ruber.

*Acidum nitricum dilutum* cum *Hydrargyro destillato* coquendo digeritur, et solutio saturata in vase vitreo vel porcellaneo ad siccum vaporat. Massa sicca, in pulverem tenerrimum contrita, cum

*Hydrargyri destillati* duobus ponderis sui trientibus

intime et usque ad plenam Hydrargyri exstinctionem conteritur. Quo facto massa in crucibulo argillaceo, inter carbones, qui jamdudum ab omni parte, ne nimis augeatur ignis, accensi fuerunt, uritur, inter continuam cum bacillo figulino agitationem, donec odorem Acidi nitrosi emittere cesset.

Loco obscuro vel in vitro opaco servatur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0144-1

## ☿ OXIDUM HYDRARGYRICUM PRÆCIPITATUM.

*Chloretum hydrargyricum corrosivum*, *Aquâ destillatâ* solutum,
*Solutione Hydratis kalici*
præcipitatur, et præcipitatum cum superflua ejus quantitate digeritur, donec oxidum colorem habeat e rubro flavum. Tum colo colligendum et Aquâ destillatâ calidâ abluendum est, quamdiu hæc *Solutione Nitratis argentici* turbetur, et caute siccatum in vase cooperto, opaco, servandum.

---

## OXIDUM HYDRARGYROSUM. ☿

Mercurius solubilis Moschati.

Rec. *Chloreti hydrargyrosi*, nondum siccati, quantum placet.
*Solutionis Hydratis kalici* majorem quantitatem, quam ad Chloretum decomponendum requiritur.

Solutioni, in lagenam inditæ, Chloretum sensim et inter agitandum additur. Oxidum nigricans, quod per quietem loco obscuro subsederit, *Aquâ destillatâ frigidâ* diligenter abluitur et in loco, accessum luminis defendente, inter chartæ plagulas caute siccatur. In vase clauso, opaco, asservatur.

---

## OXIDUM STIBICUM.

Oxidum stibiosum.

*Antimonium crudum* pulveratum in vase e ferro fuso vel argilla lato, inter agitandum cum baculo figulino et cavendum, ne massa, calorem nimis augendo, liquefiat, uritur, donec odorem

antimonoxid St.

Acidi sulphurosi emittere cesset et in pulverem cinereum conversum sit. Oxidum, hoc modo exortum, in crucibulo ignis ope liquatur; si autem liquescere recusat, in pulverem tenerrimum teritur et cum *Antimonii crudi* pulverati vigesima vel sedecima parte commiscetur; quo facto, igne liquatur et liquatum effunditur, ut refrigescat.

---

## OXIDUM ZINCICUM.

Rec. *Sulphatis zincici* libram . . . . . . . . p. 1.
Solvitur in
*Aquæ destillatæ* libris viginti . . . . . p. 20.

Solutioni *Gase Chlori* saturatæ et dein, ad Chlorum fugandum, calefactæ additur sensim et caute solutionis *Sodæ depuratæ* parva copia, quamdiu hæc præcipitatum non album efficit. Tum, præcipitato colatione secreto, liquor clarus inter agitandum miscetur cum solutione e *Sodæ depuratæ crystallisatæ* libra (p. 1) et *Aquæ destillatæ* libris decem (p. 10) confecta. Præcipitatum, per quietem demissum, colo colligitur et probe eluitur; siccatum deinde et in pulverem contritum in catillo argillaceo tecto, calore non nimis aucto, candefit, donec residuum cum *Acido hydrochlorico*, Aquâ satis diluto, non amplius effervescat. Servatur in vase clauso.

---

## OXYMEL.

Rec. *Aceti Vini* uncias quattuor, . . . . . . p. 1.
*Mellis depurati* uncias octo . . . . . . p. 2.
Miscentur.

---

## OXYMEL ÆRUGINIS.

Linimentum Acetatis cuprici.

Rec. *Æruginis* tritæ uncias quinque, . . . p. 5.
*Aceti Vini* uncias septem, . . . . . . p. 7.
*Mellis depurati* uncias quattuordecim p. 14.

Lento igne, inter assiduam cum spathula lignea agitationem, ad spissitudinem unguenti decoquuntur.

---

## OXYMEL SCILLÆ.

Rec. *Aceti Scillæ* uncias quattuor, . . . . . p. 1.
*Mellis depurati* uncias octo . . . . . . p. 2.

Miscentur.

---

## PASTA ALTHÆÆ.

Rec. *Althææ radicis* incisæ uncias sex, . . . p. 6.
*Aquæ destillatæ* ferventis tantum,

ut, post macerationem per horam, fiat colatura librarum sex (p. 72), quæ per diem noctemque seponitur. Liquidum deinde cautissime defunditur, in quo calefacto solvuntur

*Gummi arabici* pulverati libræ duæ cum dimidia, . . . . . . . . . . . . . . p. 30.
*Sacchari albi* pulverati libræ tres, . p. 36.

omniaque post horas aliquot per pannum laneum trajiciuntur et, continue spathulâ ligneâ agitando, evaporant in balneo vaporis ad mellis spissitudinem. Massa, ab igne remota, agitatur multum et celeriter, ut albescat; cui paullatim admiscentur

*Ovorum albumina*, in spumam quassata, viginti quattuor.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0147-8 DFG

Exiguo adhibito calore continue agitatur massa, donec manibus non adhæreat, cui denique additur

*Aquæ Aurantii* uncia; . . . . . . . . . . p. 1.
quo facto formantur Pastæ, pulvere *Amyli* conspergendæ et loco calido exsiccandæ.

---

## PASTA AMYGDALARUM.

Rec. *Amygdalarum amararum* decorticatarum drachmas duas, . . . . . . . . . p. 1.
*Amygdalarum dulcium* decorticatarum uncias sex . . . . . . . . . . . . . . p. 24.

Mixta contunduntur in mortario lapideo, adjectâ sensim

*Aquæ Aurantii* sufficiente quantitate;
deinde admiscentur

*Sacchari albi* pulverati unciæ sex . . p. 24.

Fit massa, quæ, manibus tractata, eis non adhæreat.

---

## PASTA LIQUIRITIÆ.

### Pasta Glycyrrhizæ.

Rec. *Liquiritiæ radicis* incisæ uncias quattuor et semis, . . . . . . . . . . . . . . . p. 9.
*Aquæ destillatæ* fervidæ sufficientem quantitatem, ut, post macerationem horæ unius, fiat colatura librarum quinque (p. 120), quæ per dies et noctes duas seponuntur. In liquore limpido, defuso et calefacto,

*Gummi arabici* pulverati
*Sacchari albi*, singulorum libra et semis p. 36.
solvitur. Post diem noctemque liquor limpidus, iterum defusus, balnei vaporis calore sine agitatione vaporat, donec gutta, in lamina vitrea

frigida excepta, gelatinæ instar concrescat. Tum, detractâ pelliculâ, in patellas, *Oleo Cacao* illitas, effunditur massa, calore modico siccanda.

---

## PHOSPHAS CALCICUS STIBIATUS.
### Pulvis Jacobi (James Powder).

Rec. *Antimonii crudi,* in pulverem crassum triti,
*Cornus Cervi rasi,* singulorum uncias sex.

Miscentur et injiciuntur ollæ ferreæ latæ, igne rubenti, et assidue agitantur, donec in materiam coloris cinerei urendo abierint. Massa, ab igne remota, in pulverem teritur et in crucibulum immittitur; huic crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, luto conjungitur, ignisque subministratur, ad incandescentiam sensim augendus; post binas horas ab igne removetur, et massa frigefacta in pulverem subtilissimum teritur.

---

## PHOSPHAS NATRICUS.
### Soda phosphorata.

No 3 4½

Rec. *Cornus Cervi usti* vel *Ossium Bovis* ustorum et pulveratorum libras quinque, p. 10.
*Acidi Vitrioli* libras quattuor et semis, p. 9.
*Aquæ destillatæ* libras viginti . . . . p. 40.

Mixta digeruntur in vase fictili vitreato per aliquot dies, mixturam sæpius agitando. Solutio, Aquam affundendo diluta, per linteum fortiter exprimendo colatur, et Sulphas calcicus remanens Aquâ destillatâ abluitur, quamdiu hæc sapore acido imbuatur.

Liquori colato, cum aqua lotionis mixto, *Gas Sulphidi hydrici* (e *Sulphureto ferroso* et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0149-2
DFG

*Oleo Vitrioli*, *Aquâ* diluto, extricatum) immittitur, quamdiu hoc efficit præcipitatum, quod a liquore, dum odorem Sulphidi hydrici amiserit, calefacto, colatione separatur. Liquidum, vaporatione ad trientem consumptum, a sulphate calcico deposito colatione liberatur et

*Sodæ depuratæ*, in *Aqua destillata* solutæ, tantâ copiâ

præcipitatur, ut alkali instar colorem chartæ exploratoriæ mutet. Tum iterum colatur et ad crystallos formandas vaporando et refrigerando cogitur. Sal concretum chartâ bibulâ celeriter siccatur et in vase clauso servatur.

---

## PILULÆ.

In pilulis faciendis substantiæ, quæ jubentur, quotquot siccæ sunt et friabiles, tenuissime pulveratæ ponderantur et in mortario vitreo vel porcellaneo intime conteruntur; et quidem primum illæ, quarum minima jubetur copia, sive friabiles sunt sive non friabiles (e. g. extracta). Tum adduntur ceteræ substantiæ et, si præscriptum fuerit, materiæ cujusdam copulantis tantum, ut massa, diligentissime subacta, (ita ut omnia mixta sint, et nullum partium discrimen observare liceat), fundo mortarii nequaquam digitisque non multum adhæreat. Formantur deinde pilulæ, præscripto numero vel pondere, *Lycopodio*, nisi aliud dicitur, conspergendæ et in vase bene obturato asservandæ.

Major pilularum copia simul non est paranda, ne inter servandum exsiccentur vel vim amittant. *Pilulas Chloreti hydrargyrici corrosivi*, *Pilulas Nitratis argentici* et *Pilulas Sul-*

*phatis cuprici ammoniacalis* non nisi ex præscripto Medici parare licet.

Dantur in vase obturando.

---

## PILULÆ ALOËS AMARÆ.

### Pilulæ e Gentiana crocatæ.

Rec. *Extracti Gentianæ* drachmas duas . . p. 2.
*Massæ Pilularum Aloës crocatarum* drachmas tres . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

Formantur hinc pilulæ trecentæ æquales.

---

## PILULÆ ALOËS CROCATÆ.

### Pilulæ Rufi.

Rec. *Myrrhæ electæ,*
*Croci orientalis,* singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aloës lucidæ* unciam dimidiam, . . . . p. 2.
*Syrupi Sacchari* quantum satis,

ut fiat massa, ex qua formantur pilulæ numero trecentæ æquales.

---

## PILULÆ CHLORETI HYDRARGYRICI ☿ CORROSIVI.

### Pilulæ e Hydrargyro corrosivo albo. loco Pilularum Muriatis hydrargyrici corrosivi.

Rec. *Chloreti hydrargyrici corrosivi,*
*Salis ammoniaci depurati,* singulorum scrupulum . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.

Solvuntur in

*Aquæ destillatæ* fervidæ quantitate sufficiente, ut, additis

*Sacchari albi* scrupulo, . . . . . . . . . . p. 1.
*Althææ radicis* drachmis duabus, . . . p. 6.
fiat massa, ex qua formantur pilulæ numero centum et sexaginta æquales.

---

## PILULÆ COLOCYNTHIDIS COMPOSITÆ.
### Pilulæ catharticæ.

Rec. *Caryophyllorum* scrupulum, . . . . . p. 2.
*Extracti Jalappæ* scrupulos duos, . p. 4.
*Chloreti hydrargyrosi* drachmam, . p. 6.
*Extracti Colocynthidis compositi* drachmas duas et semis, . . . . . . . . . . p. 15.
*Extracti Absinthii* drachmam sesquialteram vel quantum satis . . . . . . . p. 9.
Formantur pilulæ numero centum et triginta quinque æquales.

---

## PILULÆ FOETIDÆ SUCCINATÆ.
### Pilulæ foetidæ.

Rec. *Olei Cornus Cervi empyreumatici rectificati* scrupulum dimidium, . . . . . . p. 1.
*Acidi succinici* drachmam dimidiam, . p. 3.
*Castorei canadensis*,
*Assæ foetidæ*, singulorum drachmam unam et dimidiam, . . . . . . . . . . . p. 9.
*Tincturæ Myrrhæ* quantum sufficit,
ut fiat massa, ex qua formantur pilulæ numero centum et decem æquales.

---

## PILULÆ GUMMI AMMONIACI THEBAICÆ.

Rec. *Opii levantici* grana sex, . . . . . . . p. 3.
*Scillæ radicis* grana decem, . . . . . . p. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0152-5 DFG

*Myrrhæ electæ* drachmam dimidiam, p. 15.
*Gummi ammoniaci* drachmam . . . . p. 30.
Mixta cum guttulis aliquot *Spiritus concentrati* formantur in pilulas triginta æquales.

## PILULÆ GUMMI GUTTÆ ALOËTICÆ.

Rec. *Gummi Guttæ*,
*Gummi arabici*, singulorum scrupulos duos, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Galbani* drachmam, . . . . . . . . . . p. 3.
*Aloës lucidæ* scrupulos quinque . . . p. 5.
Cum *Ætherolei Carvi* scrupulo . . . . . . p. 1.
et *Syrupi Sacchari* quantitate sufficiente subiguntur in massam, ex qua formantur pilulæ numero octoginta æquales.

## PILULÆ HYDRARGYRI.

Rec. *Hydrargyri destillati* drachmas duas, p. 2.
*Conservæ Rosæ* drachmas tres . . . . . p. 3.
Mixtis et contritis, donec globuli Hydrargyri prorsus disparuerint, adjicitur
*Liquiritiæ radicis* drachma, . . . . . . . p. 1.
et fit massa, in pilulas ducentas et quadraginta æquales statim dividenda.

## PILULÆ MYRRHÆ FERRATÆ.

Rec. *Sulphatis ferrosi* drachmam dimidiam, p. 1.
*Carbonatis kalici puri* drachmam, . . p. 2.
*Myrrhæ electæ* drachmas duas . . . . p. 4.
Ex his cum parva *Mucilaginis Gummi arabici* copia formantur pilulæ sexaginta æquales.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0153-1
DFG

## PILULÆ NICOTIANÆ.

Rec. *Extracti Nicotianæ* drachmam dimidiam, p. 1.
*Liquiritiæ Succi* unciam dimidiam . . . p. 8.
Cum *Aceti Scillæ* quantitate sufficiente fit massa, in pilulas nonaginta æquales dividenda.

---

## PILULÆ NITRATIS ARGENTICI.

Rec. *Nitratis argentici* scrupulum dimidium p. 1.
Solvitur in
*Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate.
Solutioni additis
*Althææ radicis* drachmis duabus, . . p. 12.
fit, si opus est cum exigua copia *Syrupi Sacchari*, massa, quæ in sexaginta pilulas æquales dividitur.

---

## PILULÆ SAPONIS.

### Pilulæ saponaceæ.

Rec. *Extracti Betulæ* drachmam, . . . . . . p. 1.
*Saponis amygdalini* drachmas duas . p. 2.
Formantur pilulæ sexaginta æquales.

---

## PILULÆ STYRACIS THEBAICÆ.

### Pilulæ e Styrace.

Rec. *Opii levantici* drachmam, . . . . . . . p. 1.
*Styracis depurati* drachmas duas, . . p. 2.
*Liquiritiæ Succi* drachmas tres . . . . p. 3.
Formantur pilulæ centum et octoginta æquales.

---

## PILULÆ SULPHATIS CUPRICI AMMONIACALIS.

### Pilulæ e Cupro ammoniaco.

Rec. *Sulphatis cuprici ammoniacalis* scrupulum dimidium, . . . . . . . . . . . . . p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0154-6
DFG

Solvitur in quantitate sufficiente
*Aquæ destillatæ*, cum
*Ammoniaci caustici* pari portione mixtæ.
Solutio optime subigitur cum
*Extracti Gentianæ* drachmis duabus, p. 12.
et *Cinchonæ regiæ corticis* quantitate sufficiente, ut fiat massa, quæ in pilulas æquales numero sexaginta dividitur.

---

## PULPA TAMARINDORUM DEPURATA.

Rec. *Tamarindorum pulpæ* libras duas, . . p. 4.
*Aquæ destillatæ* fervidæ libras quattuor p. 8.
Inter agitandum macerantur, donec refrixerint; tum per linteum firmum exprimendo colantur, et residuum cum
*Aquæ destillatæ* libris duabus . . . . . p. 4.
eodem modo bis tractatur. Liquores collecti per diem noctemque seponuntur, quo facto humor clarus defunditur et per linteum colatur; deinde in vase porcellaneo, additâ
*Sacchari albi* librâ dimidia,. . . . . . p. 1.
evaporat ope balnei vaporis, donec pondus specificum 1.50 teneat. Servatur in vase murrhino vel porcellaneo, loco frigido.

---

## PULVERES SIMPLICES.

Omnis materia, in pulverem redigenda, primum ab humoribus, quæ pulverationi officiant, liberanda est, quod quidem siccando fit ita, ut adhibeatur calor paullatim augendus nec unquam + 100° C. superans.

Fit contusio in mortariis tectis, tali natis materiâ, ut nec facile adedantur nec duritiâ cedant iis rebus, quæ contundenda immittuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0155-2

Ad cernendum adhibentur cribra, filis bombycinis contexta, et ea, in ipso opere, supra infraque obtecta.

Quoties fit, ut pulvis, quum incipiat contusio, alius, alius, quum desinat, recipi soleat, tenendum est, ut omnis pulveris copia, antequam in vas suum ingeratur asservanda, bene commisceatur.

Omnes pulveres, simul atque contusi sunt et parati, in vasis bene clausis adservantur depositi, ne vario umquam aëre afficiantur. Quæ pellucida sunt pulveribus conservandis vasa, ita collocari oportet, ut ad ea, quæ immissa servantur, nullus sit radiis solis adeundi locus.

## Accuratior singulorum descriptio.

### Classis prima.

Hac continentur eæ materiæ, quarum pulvis cernendus est cribro ita contexto, ut singuli pollices decimales capiant fila circiter 120 (hoc est, pedis duodecima pars (werkzoll) capiat 100) vel ut singuli pollices quadrati decimales 14400 foramina habeant (hoc est, pars duodecima pedis (werkzoll) quadrata habeat 10000).

*A*) Rediguntur in pulverem sine residuo.

*Radix Filicis maris*, quæ prius est decorticanda.

*Radix Jalappæ.*

*Radix Rhei indici.*

*Radix Serpentariæ.*

*Radix Valerianæ*, quæ ope pistilli lignei ab humo est purganda.

*Cortex Cinchonæ.*

*Cortex Cinnamomi.*

*Cina levantica.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0156-8

*Guajaci resina.*
*Gummi Gutta.*
*Indigo.*
*Opium.*
*Sanguis Draconis.*
*Scammonium aleppense.*
*Succinum.*
*Colophonium.*
*Olibanum.*

*B*) Rediguntur in pulverem cum residuo.

*Folia Aconiti;* ubi tantum pulveris habetur, quantum tres ponderis foliorum quartas partes æquat, contusioni finis imponitur. Exigua tantum hujus pulveris copia simul paranda est.

*Folia Belladonnæ,*
*Folia Digitalis,*
*Folia Hyoscyami,*
*Folia Nicotianæ,* } ut Folia Aconiti.
*Folia Sennæ,*
*Folia Stramonii,*
*Herba Conii,*

*Radix Belladonnæ;* contunditur; donec fasciculus quasi fibrarum relinquatur.

*Radix Ipecacuanhæ;* ejus nihil, nisi cortex radicis, in pulverem redigitur.

*Radix Zingiberis,* ut Radix Belladonnæ.

*Castoreum;* cujus membranæ detrahendæ sunt.

## Classis secunda.

Hac continentur eæ materiæ, quarum pulvis cernendus est cribro ita contexto, ut pollex decimalis fila capiat circiter 96 (hoc est, pedis duodecima pars (werktum) capiat 80) vel ut singuli pollices quadrati decimales 9216 fere foramina habeant (pars duodecima pedis (werktum) quadrata habeat 6400).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0157-4

*A*) Rediguntur in pulverem sine residuo.

*Radix Angelicæ.*

*Radix Artemisiæ* ope pistilli lignei ab humo purganda.

*Radix Ari.*

*Radix Calami.*

*Radix Chinæ.*

*Radix Columbo.*

*Radix Enulæ.*

*Radix Iridis florentinæ.*

*Radix Pyrethri.*

*Radix Saleb.*

*Radix Scillæ,* in vasis parvis ac bene clausis asservanda.

*Radix Zedoariæ.*

*Cortex Canellæ albæ.*

*Cortex Cascarillæ.*

*Cortex Quercus.*

*Semina Anisi.*

*Semina Cardamomi minoris.*

*Semina Carvi.*

*Semina Coriandri.*

*Semina Cymini.*

*Semina Foeniculi.*

*Semina Petroselini.*

*Semina Phellandrii.*

*Semina Sabadillæ.*

*Acidum citricum.*

*Acidum tartaricum.*

*Agaricus.*

*Aloë.*

*Anisum stellatum.*

*Arsenicum album.*

*Assa foetida;* et in frigore contundenda et pulverata loco frigido asservanda.

*Aurantii fructus immaturi.*

*Benzoë.*

*Benzoë.*

*Camphora;* contunditur additâ parvâ Spiritus concentrati copiâ.

*Cantharides;* pulveranti os velo madido obligatum esse debet.

*Caryophylli.*

*Catechu.*

*Coccionella.*

*Crocus.*

*Cubebæ.*

*Elaterium.*

*Euphorbium;* huc pertinet illud, quod de Cantharidibus monitum est.

*Flavedo Aurantii.*

*Flavedo citri.*

*Folia Uvæ ursi.*

*Fuligo.*

*Gallæ turcicæ.*

*Graphites.*

*Galbanum,* } ut Assa ſoetida.
*Gummi ammoniacum,* }

*Gummi arabicum.*

*Kino.*

*Lauri baccæ.*

*Magnesium nigrum.*

*Macis.*

*Mastix.*

*Myrrha.*

*Nux vomica.*

*Nux moschata.*

*Ossa Sepiæ.*

*Pechurim faba.*

*Piper album.*

*Piper hispanicum.*

*Piper jamaicense.*

*Ratanhiæ extractum.*

*Sales omnes.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0159-8

*Saccharum.*
*Saccharum lactis.*
*Sapo.*
*Secale cornutum;* hujus ne habeatur jam pulverata major copia, et quod est pulveratum in vasis admodum parvis ac bene clausis asservandum.
*Succus Liquiritiæ.*
*Sulphur citrinum.*

*B*) Rediguntur in pulverem cum residuo.

*Folia Aurantii;* ubi tantum pulveris habetur, quantum tres foliorum quartas partes æquat, contusioni finis imponitur.

*Folia Bucco,*
*Folia Cardui benedicti,*
*Folia Trifolii aquatici,*
*Summitates Absinthii,*
*Summitates Centaurii minoris,*
*Summitates Millefolii,*
*Summitates Rosmarini sylvestris,*
*Summitates Tanaceti,*
*Flores Arnicæ,*
*Flores Chamomillæ,*
*Flores Lavendulæ,*
*Herba Cerefolii,*
*Herba Fumariæ,*
*Herba Gratiolæ,*
*Herba Hyssopi,*
*Herba Mari,*
*Herba Meliloti,*
*Herba Melissæ,*
*Herba Menthæ crispæ,*
*Herba Menthæ piperitidis,*
*Herba Scordii,*
*Herba Thymi,*
*Herba Violæ tricoloris,*

} ut Folia Aurantii.

*Radix Althææ;* contunditur, donec fasciculus quasi fibrarum reliquus sit.

*Radix Arnicæ,*
*Radix Caryophyllatæ,*
*Radix Galangæ,*
*Radix Gentianæ,*
*Radix Hellebori albi,*
*Radix Hellebori nigri,*
*Radix Imperatoriæ,*
*Radix Liquiritiæ,*
*Radix Ligustici,*
*Radix Pimpinellæ,*
*Radix Saponariæ,* } ut Radix Althææ.
*Radix Senegæ,*
*Radix Tormentillæ,*
*Stipites Dulcamaræ,*
*Sabinæ ramuli,*
*Cortex Fraxini,*
*Cortex Hippocastani,*
*Cortex Padi,*
*Cortex Salicis,*
*Cortex Simarubæ,*

### Classis tertia.

Huc pertinent eæ materiæ, quæ contundendo et trajiciendo per cribrum setaceum in farinam redigendæ sunt.

*Semina Lini.*
*Semina Sinapis nigræ;* oleo antea expresso.

---

## PULVERES COMPOSITI.

Parantur diligenter conterendo et intime commiscendo partes, unde conficiantur, seorsim pulveratas (Pulveres simplices) et ponderatas; in quo faciendo tenendum est, ut illæ, quarum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0161-5 DFG

copia minima præscripta sit, primum conterantur, ceteræ deinde admisceantur. Ubi in pulvere composito conficiendo præscribitur materia quædam haud friabilis, e. g. extractum, hæc cum friabilium parva copia primum conteritur, quo facto omnia miscentur, ut pulverem æquabilem habeas.

Non nisi exiguæ pulverum compositorum quantitates simul parandæ sunt, nec servandæ, nisi in vasis vel vitreis vel porcellaneis, arcte claudendis.

---

## PULVIS ALUMINIS KINOSATUS.

### Pulvis stypticus.

Rec. *Kino,*
*Pulveris aromatici,* singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aluminis crudi* unciam dimidiam . . p. 2.
Fit pulvis.

---

## PULVIS AMARUS FERRATUS.

Rec. *Cardamomi minoris seminum,*
*Sulphatis ferrosi,* singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Cinæ levanticæ,*
*Tanaceti summitatum,* singulorum unciam dimidiam . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
Fit pulvis.

---

## PULVIS ARI ALKALINUS.

### Pulvis Ari compositus.

Rec. *Carbonatis kalici puri* scrupulos duos, p. 2.
*Canellæ albæ corticis* drachmam, . . . p. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0162-1
DFG

*Calami aromatici radicis*,
*Pimpinellæ radicis*,
*Ari radicis*, singulorum drachmas duas p. 6.
Fit pulvis.

## PULVIS AROMATICUS.

Rec. *Cardamomi minoris seminum*,
*Zingiberis radicis*, singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Cinnamomi ceylanici corticis* unciam. p. 2.
Fit pulvis.

## PULVIS BICARBONATIS NATRICI TARTARICUS.

Rec. *Bicarbonatis natrici*,
*Acidi tartarici* sicci, singulorum partes quinque,
*Sacchari albi* partes sex.
Paratur ex tempore.

## PULVIS CHLORETI HYDRARGYROSI THEBAICUS.

Pulvis Muriatis hydrargyrosi thebaicus.

Rec. *Opii levantici* drachmam, . . . . . p. 1.
*Chloreti hydrargyrosi* drachmas duas, p. 2.
*Sacchari albi* drachmas septemdecim p. 17.
Fit pulvis.

## PULVIS ENULÆ AROMATICUS.

Rec. *Angelicæ radicis* drachmas duas, . . . p. 1.
*Pulveris aromatici* drachmas sex, . . p. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0163-6 DFG

*Enulæ radicis* unciam sesquialteram . p. 6.
Fit pulvis.

## PULVIS GUMMOSUS.

Rec. *Althææ radicis* unciam, . . . . . . . . p. 1.
*Gummi arabici,*
*Sacchari albi,* singulorum uncias duas p. 2.
Fit pulvis.

## PULVIS GUMMOSUS STIBIATUS.

Rec. *Kermetis mineralis* drachmam, . . p. 1.
*Sacchari albi* drachmas septem, . . p. 7.
*Pulveris gummosi* uncias quattuor . p. 32.
Fit pulvis.

## PULVIS HÆMOSTATICUS BONAFOUX.

Rec. *Carbonis vegetabilis præparati,*
*Gummi arabici,* singulorum unciam, p. 1.
*Colophonii* uncias quattuor . . . . . . p. 4.
Fit pulvis.

## PULVIS JALAPPÆ HYDRARGYRATUS.

Rec. *Chloreti hydrargyrosi* drachmas duas, p. 1.
*Jalappæ radicis* drachmas sex . . . . p. 3.
Fit pulvis.

## PULVIS JALAPPÆ SALINUS.

loco Pulveris Jalappæ compositi.

Rec. *Zingiberis radicis* drachmas duas, . . p. 1.
*Jalappæ radicis,*

*Gentianæ rubræ radicis*, singulorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Salis cathartici* uncias duas . . . . . . p. 8.
Fit pulvis.

## PULVIS JALAPPÆ TARTARICUS.

Rec. *Jalappæ radicis* unciam, . . . . . . . . p. 1.
*Tartari depurati* uncias duas . . . . . p. 2.
Fit pulvis.

## PULVIS IPECACUANHÆ THEBAICUS.

loco Pulveris Doveri.

Rec. *Opii levantici*,
*Ipecacuanhæ radicis*, singulorum drachmam, . . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Sulphatis kalici* unciam . . . . . . . . p. 8.
Fit pulvis.

## PULVIS MAGNESIÆ COMPOSITUS.

Pulvis galactopoeus Rosenii.

Rec. *Flavedinis Aurantii*,
*Foeniculi seminum*,
*Sacchari Lactis*, singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Magnæsiæ albæ* unciam . . . . . . . . . p. 4.
Fit pulvis.

## PULVIS MAGNESIÆ TARTARICUS.

Pulvis aërophorus.

Rec. *Acidi tartarici* sicci,
*Magnesiæ albæ*, singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0165-8

*Sacchari albi* uncias duas . . . . . . . p. 4.
Fit pulvis, cujus, quum ex præscripto Medici datur, unciæ cuique
*Ætherolei Menthæ piperitidis* guttæ duæ admiscendæ sunt.

---

## PULVIS NITRI OXALICUS.

Pulvis nitrosus Ph. Suec. Ed. IV vel Pulvis refrigerans Rosensteinii.

Rec. *Salis Acetosellæ* drachmas duas, . . . p. 1.
*Nitratis kalici depurati* drachmas sex, p. 3.
*Sacchari albi* uncias duas et dimidiam p. 10.
Fit pulvis.

---

## PULVIS NITRI TARTARICUS.

loco Pulveris nitrosi Ph. Milit.

Rec. *Magnesiæ albæ* drachmam, . . . . . . p. 1.
*Acidi tartarici* sicci drachmas duas, . p. 2.
*Nitratis kalici depurati* drachmas decem, p. 10.
*Sacchari albi* uncias tres et drachmas sex p. 30.
Acidum tartaricum primo cum Magnesia teritur; dein Saccharum, et postremo Nitras adduntur, et omnia teruntur, ut fiat pulvis.

---

## PULVIS NITRI THEBAICUS.

Pulvis thebaicus vel sedativus.

Rec. *Opii levantici* scrupulum dimidium, p. 1.
*Nitratis kalici depurati* scrupulos quinque et dimidium, . . . . . . . . . . p. 11.
*Sacchari albi* unciam . . . . . . . . . p. 48.
Fit pulvis.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0166-4
DFG

## PULVIS RHEI CUM MAGNESIA.

Rec. *Magnesiæ albæ,*
*Fœniculi seminum,*
*Sacchari albi,* singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Rhei indici radicis* unciam . . . . . . p. 2.
Fit pulvis.

---

## PULVIS RHEI SALINUS.

Pulvis digestivus.

Rec. *Rhei indici radicis,*
*Salis cathartici,* singulorum unciam vel pares portiones.
Fit pulvis.

---

## PULVIS SACCHARI ACIDULUS.

Rec. *Acidi tartarici* drachmam, . . . . . . p. 1.
*Sacchari albi, Flavedine Citri recente* confricati, unciam unam et dimidiam p. 12.
Fit pulvis.

---

## PULVIS SCILLÆ BORAXATUS.

Rec. *Scillæ radicis* grana sex, . . . . . . . . p. 1.
*Boracis* drachmam, . . . . . . . . . . . p. 10.
*Sacchari albi* drachmas tres, . . . . p. 30.
*Tartari depurati* unciam . . . . . . . p. 80.
Fit pulvis.

---

## PULVIS SCILLÆ COMPOSITUS.

Rec. *Scillæ radicis* drachmam, . . . . . . . p. 1.
*Pulveris aromatici* drachmas duas, . p. 2.
*Nitratis kalici depurati* drachmas tres, p. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0167-9

*Tartari depurati* unciam dimidiam . p. 4.
Fit pulvis.

## PULVIS SENNÆ COMPOSITUS.

Rec. *Scammonii aleppensis* drachmas duas, p. 1.
*Sennæ alexandrinæ* unciam dimidiam, p. 2.
*Tartari depurati* unciam . . . . . . . p. 4.
Fit pulvis.

## PULVIS TARTARI COMPOSITUS.

Pulvis dentifricius.

Rec. *Coccionellæ,* cum guttis aliquot *Succi Citri* tritæ, drachmam, . . . . . . . . p. 1.
*Iridis florentinæ radicis,*
*Myrrhæ electæ,*
*Kino,* singulorum unciam, . . . . . . p. 8.
*Tartari depurati* uncias tres . . . . . p. 24.
Fit pulvis, cujus, quum ex præscripto datur, unciæ cuique admiscendæ sunt
*Ætherolei Caryophyllorum* guttæ quattuor.

## QUERCITANNAS PLUMBICUS.

Rec. *Quercus corticis* contusi uncias sex . . p. 1.
Fit cum
*Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate decoctum librarum quattuor et semis (p. 7), cui inter agitandum instillatur
*Solutio Subacetatis plumbici,*
quamdiu præcipitatum prodeat, quod, colo collectum et Aquâ destillatâ elotum, in lagenam amplioris orificii etiamnunc humidum inditur. Deinde affunditur

Ekegarfoyrad bl[illegible]

*Spiritus diluti* tantum,
ut is non nihil superemineat, clauditurque lagena.

---

## SAL CORNUS CERVI.

### Subcarbonas ammonicum empyreumaticum.

Sal, quod una cum Liquore Cornus Cervi prodit, cum *Carbonis vegetabilis præparati* quarta parte commiscetur, et, in apparatu idoneo, igne lenissimo sublimatur.

Servatur loco obscuro in vase bene clauso.

---

## SAPO AMMONIACATUS.

### Emplastrum Saponis ammonici.

Rec. *Salis ammoniaci depurati* in pulverem redacti,
*Saponis viridis,* singulorum partes æquales.
Miscentur.

---

## SAPO AMYGDALINUS.

### Sapo medicatus.

Rec. *Sodæ depuratæ crystallisatæ* libram, p. 3.
*Aquæ destillatæ* libras quinque . . . p. 15.

Fit solutio, quæ cum *Calce usta,* in hydratem conversa, caustica redditur, ut ad Solutionem Hydratis kalici præceptum est. Liquor causticus, subsidendo in vase clauso depuratus, evaporat, donec pondus specificum 1.33 habeat.

Liquori frigefacto in vase figulino admiscentur
*Olei Amygdalarum* unciæ quattuor . p. 1.

Seponitur vas loco temperato, et massa per vices agitatur spathulâ ligneâ, donec homoge-

Oxydirt Natron.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0169-4

nea appareat et spissescat. Tum effunditur in cistulas ligneas planas; indurata scinditur in talos, calore modico siccandos.

## SERICUM ADHÆSIVUM.

### Emplastrum anglicanum.

Rec. *Ichthyocollæ* rase quantum placet.
Coquitur cum
*Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate, ut solutio, ad calorem $+4^0$ C. refrigerata, vix concrescat et gelatina fiat.

Hac solutione, iterum calefaciendâ, *Sericum*, aut colorem faciei referens aut nigrum, tendiculæ ope expansum, illinitur, cavendo simul, ne solutio in aversam serici partem permeet; quo facto, loco mediocriter calido reponitur, ut siccetur. Quæ illinendi opera deinde duodecies vel sedecies repetenda est cum solutione tam calida, quam manus ferre queant.

Postremo aversa serici pars cum *Tinctura Tolu* illinitur.

## SERICUM EPISPASTICUM.

### Taffetas vesicatorium.

Rec. *Cantharidum* pulveratarum uncias tres, p. 3.
*Resinæ flavæ* uncias quattuor, . . . . p. 4.
*Olei Terebinthinæ* uncias sex. . . . . . p. 6.

Resinæ, in vase cupreo liquefactæ, sensim additur Oleum; digeruntur deinde in lagena vitrea cum pulvere Cantharidum per horas duodecim. Cum liquido, per linteum colato, illinitur *Sericum* extensum coloris nigri; quod per quattuor dies, bis in die, faciendum.

Servatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0170-5 DFG

Servatur sericum in vase clauso inter chartæ ceratæ plagulas.

## SOLUTIO ACETATIS AMMONICI.

Alkali ammoniacum acetatum,
loco Spiritus Mindereri.

Rec. *Acidi acetici diluti* quantum placet.
Additur
*Ammoniaci caustici* tantum,
ut liquor saporem acidum omnino perdat, quamquam acidi instar etiamnunc reagat. Servatur in vase vitreo, bene clauso.

Non magna simul hujus solutionis copia paranda est; si autem inter servandum alkalina evaserit, id Acido acetico addito corrigendum.

## SOLUTIO ACETATIS KALICI.

loco Mixturæ salinæ Ph. Paup.

Rec. *Carbonatis kalici puri* scrupulos octo, p. 1.
*Aceti Vini* quantum sufficit ad saturandum.
Saturatis adduntur
*Syrupi Sacchari* uncia, . . . . . . . . p. 3.
*Aquæ destillatæ* tantum,
ut solutio pondus habeat libræ unius (p. 36).
Ad usum paratur.

## SOLUTIO ACIDI PHOSPHORICI.

Si in præparando Phosphate natrico *liquor acidus* et ope *Sulphidi hydrici* a metallis liberatus, loco Sodæ depuratæ, *Ammoniaco caustico* saturatur, et colatura una cum Aqua lotionis ad siccum vaporat, Phosphas ammonicus habe-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0171-0
DFG

tur, qui in catillum platinicum, modico igne calefactum, per vices ingeritur ibique uritur, usque dum, igne ad rubedinem aucto, ammoniaci odorem emittere cessaverit, et massa liquata tranquille fluat. Tum effunditur massa, quæ etiamnunc calida in

*Aquæ destillatæ* trecuplo pondere

solvitur. Solutio colata servatur.

---

## SOLUTIO CAMPHORÆ OLEOSA.

### Oleum camphoratum.

Rec. *Camphoræ depuratæ* uncias sex . . . p. 1.
Solvuntur digerendo et agitando in
*Olei Olivarum communis* libra una et semis . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

---

## SOLUTIO CAMPHORÆ SPIRITUOSA.

### Spiritus Vini camphoratus.

Rec. *Camphoræ depuratæ* unciam unam cum dimidia, . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus concentrati* libras duas . . . p. 16.
Solvitur inter agitandum Camphora.

---

## SOLUTIO CAMPHORÆ SPIRITUOSO-ÆTHEREA.

### Liquor nervinus.

Rec. *Camphoræ depuratæ* uncias duas, . . p. 1.
*Ætheris spirituosi* libram . . . . . . . p. 6.
Camphorâ inter agitandum solutâ, liquor in vitro optime claudendo servatur.

---

## SOLUTIO CARBONATIS AMMONICI SPIRITUOSA.

Spiritus Salis ammoniaci Ph. Suec. Ed. 1.

Rec. *Salis ammoniaci depurati* triti,
*Carbonatis kalici depurati*, singulorum libram, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus diluti* libras duas, . . . . . . p. 2.
*Aquæ destillatæ* libram . . . . . . . . p. 1.

Destillant leni calore libræ duæ (p. 2), quæ in vase probe clauso servantur.

---

## SOLUTIO CARBONATIS KALICI.

Solutio Subcarbonatis kalici puri.
Lixivium Tartari.

Rec. *Carbonatis kalici puri* uncias quattuor, p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias octo . . . . . . p. 2.

Solvuntur, et solutio per chartam colatur. Si inter servandum turbida fiat, iterum colanda est.

---

## SOLUTIO CHLORETI FERRICI ÆTHEREA.

Solutio Muriatis ferrici æatherea.
Æther martialis.

Rec. *Chloreti ferrici*,
*Aquæ destillatæ*, singulorum drachmas sex . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.

Solvuntur. Solutioni adduntur
*Ætheris* unciæ duæ cum dimidia, . . p. 10.
quo facto, diligenter agitantur in lagena et conjuncta stant per noctem diemque. Solutio ætherea defusa in vase bene occluso, loco obscuro, servatur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0173-2
DFG

## SOLUTIO CHLORETI FERRICI SPIRITUOSA.

Solutio Muriatis ferrici spirituosa, loco Tincturæ Martis.

Rec. *Chloreti ferrici* unciam, . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus diluti* uncias sex . . . . . . . . . p. 6.

Fit solutio, loco obscuro servanda.

---

## SOLUTIO CHLORETI FERRICI SPIRITUOSO-ÆTHEREA.

Solutio Muriatis ferrici spirituoso-ætherea. Æther martialis spirituosus.

Rec. *Solutionis Chloreti ferricæ æthereæ* uncias duas, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus concentrati* uncias quattuor . p. 2.

Mixta in vase vitreo, bene clauso, servantur loco obscuro.

---

## SOLUTIO CITRATIS KALICI.

loco Mixturæ salinæ Ph. Suec.

Rec. *Carbonatis kalici* puri scrupulos octo, p. 1.
*Acidi citrici,* in Aquæ destillatæ debita quantitate soluti, quantum sufficit ad saturandum.

His admiscentur
*Syrupi Sacchari* uncia, . . . . . . . . p. 3.
*Aquæ destillatæ* tantum,

ut solutio pondus habeat libræ unius (p. 36).
Ad usum paratur.

---

## SOLUTIO FULIGINIS ALKALINA.

Tinctura Fuliginis.

Rec. *Fuliginis splendentis contritæ* uncias duas, p. 2.
*Carbonatis kalici depurati,* uncias sex, p. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0174-8
DFG

*Aquæ destillatæ* libras tres . . . . . . p. 36.
In vase occluso inter agitandum per triduum digesta colantur. In colatura solvitur
*Salis ammoniaci depurati* triti uncia . p. 1.

---

## SOLUTIO FULIGINIS FOETIDA.

### Tinctura ſoetida Ph. Milit.

Rec. *Assæ ſoetidæ* pulveratæ unciam unam cum dimidia, . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Solutionis Fuliginis alkalinæ* libram . p. 8.
Conterendo mixta per nycthemeron in vase clauso macerantur et per linteum colantur.

---

## SOLUTIO GUMMI GUTTÆ ALKALINA.

### Elixir Gambogiæ alkalinum.

Rec. *Gummi Guttæ* contritæ drachmas duas; p. 1.
diluuntur cum
*Solutionis Carbonatis kalici* unciis duabus p. 8.

---

## SOLUTIO HYDRATIS KALICI.

### Lixivium Saponariorum.

Rec. *Carbonatis kalici puri* libram, . . . . p. 1.
*Calcis recens ustæ*, Aquâ adspersâ, in hydratem conversæ libram, . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras duodecim . . p. 12.
Macerantur in vase clauso, sæpissime agitando, ad temperaturam $+15^{0}-25^{0}$ C., per diem unum alterumve, vel donec lixivium causticum redditum sit; id vero ex eo cognoscendum est. quod Aquâ Calcis non turbetur. Deinde, quum calx subsederit, liquor clarus defunditur atque in vase ferreo mundo vel argenteo puro vapo-

Löst Kali hydrat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0175-4
DFG

rat, donec refrigeratus pondus specificum 1.33 exhibeat.

In lagenis vitreis servatur, quæ epistomiis, *Sevi* portiuncula obductis, optime sunt claudendæ.

---

## SOLUTIO HYPOCHLORITIS CALCICI.

### Solutio Oxymuriatis calcici.

Rec. *Hypochloritis calcici* unciam dimidiam, p. 1.
*Aquæ destillatæ* uncias decem . . . . p. 20.

Conteritur in mortario vitreo vel porcellaneo Hypochloris cum aliqua parte Aquæ, quæ, Hypochloritis portione in Aquam bene dispertitâ, defunditur; tum affundenda est alia Aquæ pars, cum residuo terenda et deinde defundenda; in quo faciendo pergitur, dum sal omne in Aquam distributum sit. Liquores collecti subsidentiâ et colatione clarificantur.

Non nisi ad usum paratur.

---

## SOLUTIO HYPOCHLORITIS NATRICI.

### (Liqueur de Labarraque).

Rec. *Sodæ depuratæ crystallisatæ* uncias sex, p. 3.
*Aquæ destillatæ* uncias sedecim . . . . p. 8.

Fit solutio colata, in quam introducitur *Gas Chlori*, ut ad Aquam Chlori jam præceptum est, parandum ac lavandum, usque dum Gas Acidi carbonici cum effervescentia abire incipiat. Tum solutio in vitris, epistomiis vitreis obturandis, loco frigido servatur.

---

## ☿ SOLUTIO NITRATIS HYDRARGYRI.

Rec. *Hydrargyri destillati* uncias duas et semis, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 10.

*Acidi nitrici diluti* uncias sex et semis, p. 26.
Solvitur digerendo Hydrargyrum in acido; quo ſacto, solutio evaporat ad remanentiam unciarum et drachmarum sex (p. 27), quæ servantur.

---

## SOLUTIO SUBACETATIS FERRICI.

### Liquor Ferri acetici.

Rec. *Hydratis ferrici in Aqua* quantum vis; colo colligitur et inter chartæ plagulas fortiter exprimitur, quamdiu illæ humectantur. Tum Hydras extemplo cum

*Acidi acetici diluti* pari pondere

in vase clauso macerantur, quamdiu acidum aliquid solvit. Solutio colata ad usum servatur.

---

## SOLUTIO SUBACETATIS FERRICI SPIRITUOSO-ÆTHEREA.

### Tinctura Martis Klaprothi.

Rec. *Ætheris acetici* drachmas duas, . . . . p. 1.
*Spiritus concentrati* unciam dimidiam, p. 2.
*Solutionis Subacetatis ferrici* uncias duas cum drachmis duabus . . . . . . p. 9.

Mixta servantur in vase vitreo, optime clauso.

---

## SOLUTIO SUBACETATIS PLUMBICI.

### Acetum saturninum.

Rec. *Lithargyrii præparati* uncias tres, . p. 3.
*Sacchari Saturni* crystallisati uncias decem, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 10.
*Aquæ destillatæ* libras quattuor . . p. 48.

In lagena clausa, interdum agitanda, macerantur, donec color sedimenti ruber plane eva-

nuerit. Tum colatur solutio et in lagena, bene obturata, servatur.

## SOLUTIO SULPHATIS MAGNESICI CARBONICA.

Rec. *Salis cathartici* libras septem . . . . . p. 7.
Solvuntur in
*Aquæ fontanæ* (indolis ad Aquam Acidi carbonici præscriptæ) libris triginta sex . . . . . . . . . . . . . . . p. 36.
Solutio colata *Gase Acidi carbonici* saturatur et in lagenis vitreis, aquæ circiter libram capientibus, bene obturatis, asservatur.

## SOLUTIO SUPERJODETI KALICI.

### Solutio jodurata.

Rec. *Jodi* scrupulum, . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Jodeti kalici* scrupulos duos, . . . . p. 2.
*Aquæ destillatæ* uncias tres . . . . . p. 72.
Fit solutio. Paratur ex tempore.

## SPECIES AMARÆ HJÆRNERI.

Rec. *Croci orientalis* drachmam, . . . . . p. 1.
*Zedoariæ radicis*,
*Agarici*, singulorum drachmas duas, p. 2.
*Rhei indici radicis* drachmas quattuor, p. 4.
*Gentianæ rubræ radicis*,
*Myrrhæ electæ*, singulorum unciam, p. 8.
*Aloës hepaticæ*,
*Theriacæ*, singulorum uncias duas . p. 16.
Contusa et concisa miscentur.

## SPECIES EMOLLIENTES.

### Species ad Fomentum emolliens.

Rec. *Chamomillæ nostratis florum* unciam, p. 1.
*Malvæ foliorum* uncias quattuor . . . p. 4.
Incisis admiscentur
*Lini seminum pulveratorum* unciæ duæ p. 2.

---

## SPECIES PECTORALES.

### Species ad Infusum pectorale.

Rec. *Anisi stellati* unciam, . . . . . . . . p. 1.
*Verbasci florum* uncias quattuor, . p. 4.
*Althææ radicis*,
*Hysopi herbæ*, singulorum uncias octo, p. 8.
*Cerefolii hispanici herbæ* uncias sedecim p. 16.
Incisa et contusa commiscentur.

---

## SPECIES PRO VAPORIBUS ACIDI ACETICI.

Rec. *Acidi Vitrioli* unciam dimidiam, . . . p. 1.
*Sacchari Saturni* pulverati unciam unam et semis . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
Separatim dantur.

---

## SPECIES PRO VAPORIBUS CHLORI.

### Species pro vaporibus Superoxidi muriatosi.

Rec. *Magnesii nigri* pulverati unciam unam, p. 1.
*Acidi muriatici crudi* uncias quattuor p. 4.
Separatim dantur.

---

## SPECIES RESOLVENTES.

### Species ad Fomentum resolvens.

Rec. *Lupuli strobilorum* libram dimidiam, p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0179-9
DFG

*Menthæ crispæ herbæ,*
*Absinthii summitatum,* singulorum libram . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
Incisa commiscentur.

---

## SPIRITUS CINNAMOMI.

Rec. *Cinnamomi ceylanici corticis* contusi libram, . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Spiritus Vini gallici* uncias octoginta, p. 20.
*Aquæ destillatæ* quantum sufficit ad prohibendum empyreuma.

Macerantur per horas viginti quattuor; tum lento igne destillant unciæ octoginta (p. 20).

---

## SPIRITUS COCHLEARIÆ.

Rec. *Cochleariæ herbæ recentis* concisæ libras decem, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 5.
*Spiritus Vini gallici* libras octo . . . p. 4.

Balnei vaporis calore destillant libræ quattuor (p. 2).

---

## SPIRITUS CONCENTRATUS.

### Spiritus Vini rectificatissimus.

*Spiritus dilutus* ex alembico æneo, capitello et refrigeratorio æneis instructo, leni calore destillat. Ea destillati pars, quæ primum prodit et pondus specificum 0.84 habet, excipitur et servatur in vasis clausis.

---

## SPIRITUS DILUTUS.

*Spiritus Frumenti,* qualis vulgo in merce est, bonæ tamen notæ, supra *Carbonem vegeta-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0180-0 DFG

*bilem præparatum*, cum illo antea maceratus, rectificatur. Servatur illa destillati pars, quæ pondus specificum 0.90 habet.

## SPIRITUS FRUMENTI DEPURATUS.

Rec. *Spiritus Frumenti* quantum placet.

Purificatur ope Carbonis vegetabilis præparati. Pondus specificum 0.94 habebit.

## SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

### Spiritus Juniperi.

Rec. *Foeniculi seminum*,
*Carvi seminum*, singulorum contusorum unciam sesquialteram, . . . . . . . p. 3.
*Juniperi baccarum immaturarum* contusarum libram, . . . . . . . . . . . p. 24.
*Spiritus Vini gallici* uncias octoginta, p. 160.
*Aquæ destillatæ* quantum sufficit ad prohibendum empyreuma.

Macerantur per horas viginti quattuor; tum lento igne destillant unciæ octoginta (p. 160.)

## SPIRITUS LAVENDULÆ.

Rec. *Lavendulæ florum* libras duas et semis, p. 3.
*Spiritus Vini gallici* libras tredecim cum unciis quattuor . . . . . . . . . p. 16.

Balnei vaporis calore, destillando eliciuntur unciæ octoginta (p. 8).

## SPIRITUS ROSMARINI.

Rec. *Rosmarini foliorum* uncias quadraginta, p. 1.
*Spiritus Vini gallici* uncias centum et sexaginta . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0181-6
DFG

Balnei vaporis calore destillant unciæ octoginta (p. 2).

## SPIRITUS ROSMARINI COMPOSITUS.

Spiritus vulnerarius vel aromaticus.

Rec. *Millefolii summitatum,*
*Thymi herbæ,* singulorum uncias quinque, p. 1.
*Rosmarini foliorum* uncias quindecim, p. 3.
*Spiritus Vini gallici* uncias centum et sexaginta . . . . . . . . . . . . . . . p. 32.

Destillando eliciuntur unciæ octoginta (p. 16).

## SPONGIA CERATA.

*Spongiæ marinæ* tenues, siccatæ et ab arenulis aliisque heterogeneis purgatæ, immerguntur in *Ceram flavam* liquefactam et prelo calefacto fortiter exprimuntur. Refrigeratæ servantur.

## STANNUM PULVERATUM.

In pyxide commoda, Cretâ intus obducta, vel in mortario ferreo, paullum calefacto, *Stannum* igne liquefactum assidue agitatur, donec redigatur in pulverem, separandum a metalli particulis grandioribus, quæ, iterum liquefactæ, eodem modo tractantur.

## ☿ STRYCHNINA.

Rec. *Nucum vomicarum* libras quinque,. p. 20.
*Acidi Vitrioli* uncias tres, . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* tantum, ut superemineat.

Per duodecim horas macerata in vase leviter cooperto inter agitandum coquuntur, aquam dissipatam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0182-2 DFG

sipatam semper restituendo, per horas octodecim ad viginti quattuor, vel donec nuces mollescant; tum in pultem rediguntur, quæ, exprimendo separata a liquore, cum *Aqua destillata* iterum decoquitur et exprimendo colatur.

Liquores commixti, post subsidentiam defusi, in balneo vaporis ad dimidium vaporant et cum

*Calcis ustæ*, in hydratem conversæ, quantitate excedente

per horam digeruntur. Defuso post quietem liquore, præcipitatum, colo collectum, fortiter exprimitur et cum

*Spiritu concentrato*

iteratis vicibus decoquitur, quamdiu hic aliquid solvit.

Solutiones spirituosæ colatæ destillando et refrigerando Strychninam tradunt impuram, quæ, liquore supernatante defuso, cum *Alkohole Vini* in vase clauso bis maceratur et ope *Carbonis animalis* repetitâque e *Spiritu concentratro* fervente crystallisatione pura redditur.

Cautissime asservanda est.

---

## STYRAX DEPURATUS.

*Styrax Calamitus* digeritur *Spiritu diluto*, quamdiu hic aliquid solvit; tum solutum per chartam colatur et ope balnei vaporis ad extracti tenuioris spissitudinem vaporat.

---

## SUBCARBONAS FERRICO-FERROSUS.

### Crocus Martis aperitivus.

Rec. *Sulphatis ferrosi* quantum placet.

Solvitur in

*Aquæ destillatæ* sufficiente quantitate.
Liquor colatus instillando
*Solutionem Carbonatis kalici*, Aquâ destillatâ dilutam,
inter agitandum præcipitatur. Præcipitatum, Aquâ destillatâ calidâ sedulo ablutum, caute siccatur et in vase, bene clauso, servatur.

---

Basisch Salpetersaures Wismuthoxid

## SUBNITRAS BISMUTHICUS.

### Magisterium Bismuthi.

Rec. *Bismuthi* in frustula comminuti uncias tres, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Acidi nitrici diluti* uncias novem . . p. 3.
Digeruntur, quamdiu aliquid solvitur; solutio, additâ caute, ne turbetur, *Aquæ destillatæ* parvâ copiâ, colatur et, vaporando in vase porcellaneo refrigerandoque, ad crystallos ponendas cogitur. Crystalli, muriâ liberatæ et pulveratæ,
*Aquæ destillatæ* fervidæ libris decem p. 40.
inter continuam agitationem superfunduntur. Quod hinc oritur præcipitatum, quiete demissum, a liquido supernatante separatur et, Aquâ destillatâ in liquoris locum ter quaterve et affusâ et defusâ, in vase lavatur; colo deinde collectum eluitur, quo facto, inter chartæ plagulas siccatum servatur.

---

## SUCCUS AMORACIÆ COMPOSITUS.

### Succus Armoraciæ cum Spiritu.

Rec. *Armoraciæ radicis Succi expressi* unciam, p. 1.
*Aceti Vini* uncias duas, . . . . . . . . . p. 2.
*Spiritus Frumenti depurati* uncias sex p. 6.
Miscentur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0184-3
DFG

## SUCCUS BERBERIDIS.

Rec. *Berberidis baccarum recentium* quantum placet.

In mortario lapideo contunduntur ope pistilli lignei. Massa inde profecta, in cella per horas viginti quattuor seposita, per linteum exprimitur et succus expressus, subsidendo clarefactus, semel ebullit; deinde per linteum colatur et refrigeratus in lagenas immittitur, libras duas capientes atque suberibus selectis et Colophonio obturandas. Servatur in cella.

Parantur eodem modo:

## SUCCUS CERASORUM

e *Cerasis acidis recentibus*, cum nucleis contundendis;

## SUCCUS OXYCOCCI

ex *Oxycocci baccis recentibus*;

## SUCCUS RIBIS NIGRI

e *baccis recentibus Ribis nigri*;

## SUCCUS RIBIS RUBRI

e *baccis recentibus Ribis rubri*;

## SUCCUS RUBI IDÆI

e *Rubi idæi baccis recentibus.*

---

## SULPHAS CUPRICUS AMMONIACALIS.

Subsulphas ammonico-cupricum.

Cuprum ammoniacum.

Rec. *Vitrioli de Cypro* pulverati quantum placet,
*Ammoniaci caustici* quantum sufficit ad Vitriolum solvendum.

Solutioni colatæ et refrigeratæ additur

*Spiritus concentratus*,
quamdiu aliquid præcipitatur. Sal præcipitatus, a liquido separatus, inter chartæ bibulæ plagulas celeriter siccatur et statim in vas vitreum, optime obturandum, ingeritur.

---

## SULPHAS FERROSUS.

### Vitriolum Martis vel Sal Martis.

Rec. *Acidi Vitrioli* libram dimidiam, . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras duas et semis . p. 5.

Caute mixtis in vase vitreo vel murrhino adjicitur
*Ferri Limaturæ* vel *Rasuræ* libra circiter dimidia vel major quantitas, quam quæ in acido, post digestionem per duodecim horas, solvi possit.

Liquor deinde, si opus est, adjectâ Aquæ destillatæ parvâ copiâ, calefit, ut crystalli forte depositæ solvantur, et etiamnunc calens per chartam, *Acido sulphurico diluto* humectatam, colatur; quo facto, loco frigido seponitur, ut crystallos demittat, quæ, inter chartæ plagulas celeriter siccatæ, in vase optime claudendo servantur. Liquor remanens leniter vaporat, ut crystallos iterum deponat.

---

## SULPHAS KALICUS.

### Tartarus vitriolatus vel Arcanum duplicatum.

*Massa* post Acidi nitrico-nitrosi destillationem in retorta remanens, *Aquâ destillatâ* fervidâ soluta, colatur et vaporatione ad crystallisationem redigitur. Sal depositus, repetitâ in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0186-5 DFG

Aquæ destillatæ fervidæ partibus quattuor solutione et crystallisatione, refrigerando ab omni Bisulphate kalico depuratur.

---

## SULPHAS QUINICUS.

Rec. *Cinchonæ regiæ corticis* pulverati libras quinque, . . . . . . . . . . . . . . p. 10.
*Aquæ destillatæ* libras viginti quinquæ, p. 50.
*Acidi hydrochlorici* libram dimidiam p. 1.

In vase figulino mixta inter continuam agitationem coquuntur per horæ quadrantem. Liquor deinde defunditur, et residuum cum eâdem Aquæ destillatæ quantitate, *Acidi hydrochlorici* unciis tribus acidulatâ, pari modo tractatur; quod tertium etiam, cum expressione residui, est faciendum.

Liquores collecti in balneo aquæ coquentis vaporant ad remanentiam librarum circiter decem (p. 20), quæ, ut aëri opportunæ sint, per dies aliquot sepositæ, colantur. Tum admiscetur liquori claro inter continuam agitationem
*Calcis ustæ*, in hydratem recens conversæ et cum sufficiente Aquæ destillatæ copiâ in pultem redactæ, tantum,
quantum requiritur ad perfectam Quininæ præcipitationem, inde agnoscendam, quod liquidum alkali instar reagat. Præcipitatum post subsidentiam colligitur et exprimitur; cum Aqua frigida humectatum iterum exprimitur et cum
*Spiritus concentrati* libris tribus . . . p. 6.
in cucurbita longicolli vel retorta coquendo digeritur. Colato deinde liquore lotoque residuo insolubili cum Spiritus concentrati sufficiente quantitate, ex his liquoribus commixtis abstrahitur Spiritus, destillando in balneo aquæ co-

quentis; jam restat Quinina impura, Aquæ destillatæ frigidæ parvâ quantitate lavanda.

*Quinina tali modo adquisita* cum
*Aquæ destillatæ* libris quattuor . . . . p. 8.
ad ebullitionem aquæ calefit; cui instillatur, inter agitandum, sensim et caute
*Acidi sulphurici diluti*, quantum ad Quininam solvendam requiritur, nec plus;
quo facto, solutioni adduntur
*Carbonis animalis* unciæ duæ, vel quantum sufficit ad solutionem decolorandam,
quæ per duo minuta coquenda est et, etiamnunc fervens, colanda.

Inter refrigerationem Sulphas quinicus in crystallos coalescit, quæ collectæ, inter chartæ plagulas, lenissimo calore, in umbra siccantur et in vasis, bene obturatis, loco umbroso servantur.

E liquore residuo nova Sulphatis copia evaporatione elici potest, quæ, si colorata est, cum Carbone animali iterum tractari debet.

---

## SULPHAS ZINCICUS.
### loco Vitrioli albi purificati.

E *Zinco*, in frustula comminuto, paratur eodem modo, quo Sulphas ferrosus.

---

## SULPHIDUM STIBICUM.
### loco Hydrosulphureti stibiosi cum Sulphure Ph. Suec. Ed. V vel Sulphuris aurati Antimonii.

Rec. *Sulphuris sublimati eloti* uncias sex, . p. 1.
*Calcis ustæ* libram vel quantum sufficit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0188-7

*Sulphureti stibici præparati* libram sesquialteram, . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Sodæ depuratæ crystallisatæ* libras quattuor cum dimidia, . . . . . . . . . . . . p. 9.
*Aquæ destillatæ* libras viginti . . . . . p. 40.

Soda depurata in Aqua solvitur; dein solutioni, in vase ferreo mundo ebullienti, additur sensim Calx, affusâ Aquâ, in pultem redacta, donec lixivium causticum fiat; tum Sulphuretum et Sulphur, intime mixta, lixivio etiamnunc fervido adduntur, quod per tres horæ quadrantes inter agitationem continuam coquendum est. Liquor, subsidendo et colando depuratus, evaporat, ut crystalli coalescant, quæ, exprimendo inter chartæ bibulæ plagulas, a muria liberantur.

*Harum crystallorum*, nuper præparatarum, unciæ decem
in *Aquæ destillatæ* libris quinque

solvuntur; quæ solutio, colata, in miscelam refrigeratam, ex

*Acidi sulphurici destillati* unciis tribus
et *Aquæ destillatæ* libris octo

confectam, inter strenuam agitationem infunditur. Liquore post subsidentiam decanthato, præcipitatum aurantiacum, Aquam destillatam iterum iterumque et affundendo et defundendo, in vase penitus eluitur et, colo denique collectum, leni calore quam citissime siccatur.

---

## SULPHOHYDRAS AMMONICUS.

### Hydrosulphuretum ammonicum.

*Ammoniaci caustici* quantum placet
in lagenam vitream angustioris orificii inditur. Tum

Wasserstoffschwefelammonium.
NH⁴ H.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0189-5
DFG

*Gas Sulphidi hydrici*, e *Sulphureto ferroso* et *Acido Vitrioli*, *Aquâ* diluto, paratum et per Aquam transadactum,
tubi vitrei ope per liquidum alkalinum refrigeratum, dum saturatum sit, ducitur.

Servatur loco frigido in vitris parvis, inde replendis, quæ epistomiis *Sevo* obductis arctissime claudenda sunt.

---

## SULPHUR PRÆCIPITATUM.

### Lac Sulphuris.

Rec. *Calcis ustæ* libras duas cum dimidia, p. 5.
*Aquæ destillatæ* libras viginti quinque p. 50.

Calci in ollam ferream, mundam et satis capacem, immissæ et deinde, Aquæ portione affusâ, in pultem conversæ, affunditur quod superest Aquæ. Mixturæ ebullienti admiscentur per vices, inter agitandum cum spathula ferrea,

*Sulphuris citrini* pulverati libræ quattuor vel quantum solvitur.

Solutio, post subsidentiam colata, cum illa commiscetur solutione, quæ in residuo lavando adquiritur. Liquoribus commixtis in vase apto, vel fictili vel ligneo,

*Acidum hydrochloricum*, Aquæ destillatæ decuplo pondere dilutum,

sensim et inter continuam agitationem additur, donec portio quædam liquoris colata colorem subflavum habeat, cavendo semper, ne Acidum in excessu admisceas. Tum præcipitatum, quiete subsidens, colo colligitur et, Aquâ destillatâ probe ablutum, leni calore siccatur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0190-9 DFG

## SULPHUR SUBLIMATUM ELOTUM.

### Flores Sulphuris edulcorati.

Rec. *Florum Sulphuris* quantum placet.

Cum *Aquæ destillatæ* parva copia in pultem redacti, Aquam destillatam ferventem iterum iterumque admiscendo et defundendo, lavantur, quamdiu Aqua defusa colorem chartæ exploratoriæ coeruleæ mutat; tum Sulphur, colando et exprimendo, ab humore liberatur et siccatur.

---

## SULPHURETUM FERROSUM.

### Sulphuretum Ferri.

*Sulphur citrinum*, in crucibulum commune inditum, *rudiculâ e Ferro cuso*, igne vehementi ad albedinem calefactâ, ut scintillas spargat, agitatur; quæ, quum non amplius excandescit, igni iterum immittenda est et alia rudicula, similiter candefacta, in ejus locum substituenda, donec Sulphur consumptum sit; in quo faciendo semper cavendum, ne major vel superflua Sulphuris copia crucibulo simul indetur. Tum Sulphuretum post refrigerium eximitur et, si placet, contusum, in lagena bene clausa servatur.

Fit etiam Sulphuretum ferrosum, et quidem melius, frustula *Sulphuris citrini* supra *Ferri Rasuram*, in crucibulo ad albedinem calefactam, conjiciendo.

---

## SULPHURETUM STIBICUM PRÆPARATUM.

### Antimonium præparatum.

Eodem modo, ac Bolus præparata, ex *Antimonio crudo* paratur.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0191-5

## SUPERSTIBIAS KALICUS.

### Calx Antimonii elota.

### Superstibiis kalica.

Rec. *Stibii metallici* libram dimidiam, . . . p. 1.
*Nitratis kalici depurati* libram . . . . p. 2.

Pulverata commiscentur et in crucibulum candefactum sensim injiciuntur. Deflagratione peractâ in igne detinetur massa per horæ dimidium, cavendo tamen, ne liquetur; refrigerata teritur in pulverem, qui, *Aquâ destillatâ* frigidâ perfecte ablutus, siccatur et servatur.

---

## SUPERSULPHURETUM KALICUM.

### Sulphuretum kalicum vel Hepar Sulphuris.

Rec. *Carbonatis kalici depurati*,
*Sulphuris citrini* pulverati, singulorum partes æquales.

Intime mixta in crucibulo cooperto vel olla ferrea, operculo prædita, calore moderato calefiunt, usque dum massa liquata tranquille fluat. Tum massa effusa in mortario ferreo obtecto refrigescit; refrigerata in vase vitreo, bene obturato, servatur.

---

## SYRUPI.

Parantur syrupi, nisi alia præparandi ratio præscribitur, e Saccharo, quod, in frustula redactum, cum Infuso vel Succo ad unam ebullitionem calefit; quo facto, solutum per pannum laneum colatur.

Servantur in cella.

---

## SYRUPUS ACETI.

Rec. *Aceti Vini* libram dimidiam, . . . . . p. 1.
*Sacchari albi* libram . . . . . . . . . . p. 2.
Fit solutio.

## SYRUPUS ACIDI SULPHURICI.

Syrupus vitriolatus Ph. Milit.

Rec. *Acidi sulphurici diluti* drachmam, . . p. 1.
*Syrupi Sacchari* unciam . . . . . . . . p. 8.
Miscentur.

## SYRUPUS ALLII.

Rec. *Allii bulbi* concisi libram, . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* fervidæ libras duas . p. 2.
Fit, macerando per horam in vase clauso, infusum, quod, exprimendo percolatum, in syrupum convertitur, addito
*Sacchari albi* duplo pondere.

## SYRUPUS ALTHÆÆ.

Rec. *Althææ radicis* incisæ uncias tres, . . p. 3.
*Aquæ destillatæ* tantum,
ut, post macerationem per horas viginti quattuor, fiat colatura librarum duarum (p. 24), quæ subsidentiâ et decanthatione depurata, cum
*Sacchari albi* libris tribus . . . . . . p. 36.
in syrupum convertitur, cui refrigerato adjicitur
*Aquæ Aurantii* uncia . . . . . . . . . . p. 1.

## SYRUPUS AMYGDALARUM.

Rec. *Amygdalarum amararum* decorticatarum drachmas duas, . . . . . . . . . . p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0193-7

*Amygdalarum dulcium* decorticatarum uncias tres . . . . . . . . . . . . . . . p. 12.

Fit cum *Aqua destillata* emulsio unciarum sex (p. 24), quæ cum

*Sacchari albi* libra . . . . . . . . . . . . p. 48.

in syrupum convertitur, cui, per pannum colato, additur post refrigerium

*Aquæ Aurantii* uncia . . . . . . . . . . . p. 4.

---

## SYRUPUS AURANTII.

### Syrupus Aurantii corticis.

Rec. *Flavedinis Aurantii* concisæ uncias tres, p. 1.

*Aquæ destillatæ* fervidæ quantum satis.

Fit, digerendo per horam, infusum libræ sesquialterius (p. 6), quod cum

*Sacchari albi* libris tribus . . . . . . p. 12.

in syrupum convertitur.

---

## SYRUPUS CERASORUM.

### Syrupus Cerasi nigri.

Rec. *Succi Cerasorum* libras duas, . . . . . p. 4.

*Sacchari albi* libras tres cum dimidia p. 7.

Fit syrupus.

---

## SYRUPUS CITRI CORTICIS.

Rec. *Flavedinis Citri* recentis incisæ unciam p. 2.

Maceratur per horam in vase clauso cum

*Aquæ destillatæ* fervidæ tanta copia,

ut fiat infusum libræ unius (p. 24), cui, cum

*Sacchari albi* libris duabus . . . . . . p. 48.

in syrupum converso, additur post refrigerium

*Aquæ Aurantii* uncia dimidia . . . . p. 1.

---

SYRUPUS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0194-3

## SYRUPUS CITRI E SUCCO.

Rec. *Citri Succi*, recens expressi et defæcati, libram, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Sacchari albi* libras duas . . . . . . . p. 2.
Fit syrupus.

## ☿ SYRUPUS EMETINÆ.

Rec. *Emetinæ* granum, . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Syrupi Sacchari* unciam . . . . . . . p. 480.
Conteruntur, ut unum fiant.

## SYRUPUS HYDRARGYRI.

Rec. *Hydrargyri destillati* drachmam, . . p. 1.
*Gummi arabici*,
*Sacchari albi*, singulorum pulveratorum drachmas tres, . . . . . . . . . . . p. 3.
*Aquæ Rosæ* drachmas duas . . . . . . p. 2.
Hydrargyrum cum Gummi et Saccharo, Aquam Rosæ sensim addendo, in mortario vitreo conteritur, donec globuli illius omnino visum effugerint. Deinde paullatim admiscentur
*Syrupi Sacchari* unciæ quattuor . . . p. 32.
Non nisi ad usum paratur.

## SYRUPUS JUNIPERI.
### Roob Juniperi.

Rec. *Juniperi baccarum maturarum*, paullum contusarum, quantum vis.
Affusâ Aquâ destillatâ macerantur per diem unum alterumve in vase ligneo apto, cujus fundus foramine, obturamento clauso, instructus, bacillis ligneis et stramine mundo contectus est. Liquor deinde defusus toties superinfunditur, do-

nec baccæ exhaustæ sint; postremo colatur et in balneo vaporis ad mellis spissitudinem consumitur.

---

## SYRUPUS OXYCOCCI.

Paratur e *Succo Oxycocci* eodem modo, quo Syrupus Cerasorum.

---

## SYRUPUS RHEI.

Rec. *Infusi Rhei* libram . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Sacchari albi* libras duas . . . . . . . . . p. 2.
Fit syrupus.

---

## SYRUPUS RIBIS NIGRI.

E *Succo Ribis nigri* paratur, ut Syrupus Cerasorum.

---

## SYRUPUS RUBI IDÆI.

Paratur e *Succo Rubi idæi* eodem modo, quo Syrupus Cerasorum.

---

## SYRUPUS SACCHARI.

Rec. *Aquæ destillatæ* quantum placet, . . p. 1.
*Sacchari albi* duplum pondus . . . . p. 2.
Fit syrupus.

---

## SYRUPUS SAMBUCI.

### Roob Sambuci.

Rec. *Sacchari albi* libram, . . . . . . . . . p. 1.
*Sambuci baccarum succi expressi* libras octo . . . . . . . . . . . . . . . . .p. 8.

In balneo vaporis rediguntur ad syrupi spissitudinem.

## SYRUPUS SCILLITICUS.
### Syrupus Scillæ.

Rec. *Zingiberis radicis* unciam dimidiam, p. 1.
*Scillæ radicis* unciam, . . . . . . . . . p. 2.
*Hyssopi herbæ* uncias duas . . . . . . p. 4.
Contusa et concisa in vase clauso per diem noctemque macerantur cum
*Aquæ Menthæ piperitidis* tanta copia,
ut liquor, exprimendo colatus, pondus habeat libræ sesquialterius (p. 36), ex qua cum
*Sacchari albi* libris tribus . . . . . . p. 72.
ſit syrupus.

## SYRUPUS SENEGÆ.

Rec. *Senegæ radicis* concisæ unciam . . . . p. 1.
Fit, secundum regulas supra traditas, decoctum unciarum decem (p. 10), cui adduntur
*Sacchari albi* unciæ viginti, . . . . . p. 20.
ut fiat syrupus.

## ☿ SYRUPUS THEBAICUS.

Rec. *Tincturæ Opii* drachmam dimidiam, p. 1.
*Syrupi Sacchari* uncias sex . . . . . p. 96.
Commiscentur.

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

Rec. *Zingiberis radicis* contusæ unciam, . p. 1.
*Aquæ destillatæ* ſervidæ tantum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0197-0
DFG

ut, post digestionem in vase clauso per horas sex, fiat infusum unciarum novem (p. 9), cum

*Sacchari albi* libra una et semis . . p. 18.

in syrupum convertendarum.

---

## TARTARUS BORAXATUS.

Rec. *Boracis* uncias duas, . . . . . . . . . p. 1.

*Aquæ destillatæ* fervidæ libras duas p. 12.

Fit solutio, cui, etiamnunc fervidæ, adduntur per vices et inter continuam agitationem cum spathula lignea

*Tartari depurati*, in pulverem redacti, unciæ sex vel quantum solvitur . p. 3.

Solutio, post horas viginti quattuor colata, balnei vaporis calore vaporat, donec pars exempta et refrigerata in pulverem facile redigatur. Tum eximitur sal, qui, refrigeratus et per horas duas vel tres ad temperaturam + 30° C. siccatus, pulveratur et in vase, bene obturato, servatur.

---

## TARTRAS KALICUS.

### Tartarus tartarisatus.

Rec. *Carbonatis kalici depurati* libram, . . p. 1.

*Aquæ destillatæ* libras quattuor . . . p. 4.

Lixivio ferventi sensim adjicitur

*Tartari depurati* pulverati quantum sufficit ad saturandum.

Liquor, etiamnunc calens per chartam colatus, vaporat in vase porcellaneo, donec dimidia ejus pars consumpta sit; tum, si Tartrate calcico turbida est, iterum colatur, si opus est, additâ Aquâ destillatâ, et in balneo vaporis exsiccatur. Massa, plane sicca et in pulverem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0198-6
DFG

redacta, servanda et in vase vitreo, bene obturato.

---

## TARTRAS NATRICO-KALICUS.
### Sal Seignetti.

Rec. *Sodæ depuratæ* libram, . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras tres . . . . . . p. 3.
Lixivio fervido sensim adjicitur
*Tartari depurati*, in pulverem redacti, quantum sufficit ad saturandum.

Liquor, post horas viginti quattuor per chartam colatus, vaporat in vase porcellaneo, donec pellicula appareat; tum loco frigido seponitur, ut crystallos ponat, quæ siccatæ servantur.

---

## ☿ TARTRAS STIBICO-KALICUS.
### Tartarus emeticus vel antimonialis.

Rec. *Tartari depurati*,
*Oxidi stibici*, singulorum pulveratorum uncias tres, . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Aquæ destillatæ* libras duas . . . . . p. 8.

In vase vitreo vel figulino coquendo digeruntur per quartam horæ partem; tum liquidum fervens percolatur et loco frigido seponitur, ut crystalli concrescant. Solutio remanens vaporatione et refrigeratione ad crystallos ponendas cogitur. Si Tartras calcicus, crystallorum instar minutissimarum, solutionem quasi gelatinosam faciat, hæ crystalli a Tartrate stibico-kalico, qui ad fundum et latera vasis adfixus manet, liquorem agitando et defundendo, facillime separantur. Quo facto liquor, antequam vaporat, per chartam colatur.

Weinsaures Antimonoxid-Kali

Crystalli Tartratis stibico-kalici collectæ, si ope tubi ferruminatorii exploratæ, arsenicales deprehenduntur, purificentur necesse est; quod quidem fit, solvendo in Aquæ destillatæ ferventis quanta minima requiritur copia, et solutionem, si opus est, etiamnunc fervidam colatam, inter continuam agitationem refrigerando. Qui inter hæc demittitur pulvis crystallinus, colo colligitur, Aquâ destillatâ frigidissimâ aliquoties abluitur et inter chartæ plagulas exprimendo siccatur. Si, exploratione iterum institutâ, Arsenicum adesse senseris, sal eodem modo iterum est purificandum; quod denuo est faciendum, quamdiu aliquid redoleat Arsenicum. — Tartras denique purus in vase vitreo, bene clauso, servatur.

Qui in liquoribus solutus manet Tartras, vaporando et refrigerando recuperatur.

---

## TESTÆ OSTREARUM PRÆPARATÆ.

Præparantur eodem modo, quo Bolus præparata, *Testæ Ostrearum.*

---

## THERIACA.

Rec. *Opii levantici,*
*Myrrhæ electæ,*
*Liquiritiæ Succi,*
*Croci orientalis,* singulorum drachmam p. 1.
*Zedoariæ radicis,*
*Cardamomi minoris seminum,* singulorum drachmas duas, . . . . . . . . . p. 2.
*Valerianæ minoris radicis* drachmas tres, . . . . . . . . . . . . . . . . . p. 3.
*Gentianæ rubræ radicis* drachmas sex, p. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0200-1
DFG

*Angelicæ radicis* unciam, . . . . . . p. 8.
*Mellis depurati* uncias novem et drachmas tres . . . . . . . . . . . . . . . . p. 75.

Liquiritiæ Succus, Myrrha et Opium, cum *Vino de Malaga* diluta, primo miscentur cum Melle, paullum calefacto; deinde inter continuam agitationem paullatim adjiciuntur cetera, in pulverem tenuem trita.

Servatur in vase obturato.

---

## TINCTURÆ.

Fiunt tincturæ fere omnes digerendo vel, si jubetur, macerando substantias, rei convenienter deminutas, cum copia præscripta Spiritus in lagena vel ampulla vitrea, subere clausa et interdum agitanda. Post digestionem vel macerationem per triduum, solutum refrigeratum defunditur et residuum exprimitur; quo facto, liquores conjuncti, in infundibulo obtecto, per chartam colantur.

Fiat omnis digestio ad temperaturam +60° C.

Ubi alia observanda est præparandi ratio, ea expressis verbis præscribitur.

Servantur tincturæ in vitris obturatis loco non frigido, ubi aër calorem saltim +15° C. teneat.

---

## TINCTURA ABSINTHII.

Rec. *Absinthii summitatum* incisarum libram, p. 1.
*Spiritus Frumenti depurati* libras sex, p. 6.

Fit tinctura.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0201-6
DFG

## TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA.

Tinctura amara.

Rec. *Cardui benedicti foliorum* incisorum,
*Aurantii fructus immaturi,*
*Galangæ radicis,* singulorum pulveratorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Absinthii summitatum* incisarum uncias quattuor, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 4.
*Spiritus diluti* libras quattuor . . . . p. 48.

Fit tinctura.

---

## TINCTURA ALOËS COMPOSITA.

Elixir Aloës saponaceum.

Rec. *Croci orientalis* unciam dimidiam, . . p. 1.
*Aloës lucidæ* contusæ,
*Acetatis kalici,*
*Bilis bovinæ inspissatæ,*
*Myrrhæ electæ* contusæ, singulorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Spiritus diluti* libram . . . . . . . . . p. 24.

Fit tinctura.

---

## TINCTURA ALOËS CROCATA.

Elixir aloëticum.

Rec. *Myrrhæ electæ* contusæ,
*Croci orientalis,* singulorum unciam dimidiam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Aloës lucidæ* contusæ drachmas sex, p. 3.
*Spiritus diluti* uncias sedecim . . . . p. 64.

Fit tinctura.

---

## TINCTURA AROMATICA.

Rec. *Cardamomi minoris seminum* pulveratorum unciam dimidiam, . . . . . . . . p. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0202-2
DFG

*Canellæ albæ corticis,*
*Cinnamomi ceylanici corticis,*
*Galangæ radicis,* singulorum contusorum unciam, . . . . . . . . . . . . . . . p. 2.
*Spiritus diluti* libras duas . . . . . . p. 48.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA AROMATICA ACIDA.

Tinctura aromatica vitriolata.

Rec. *Acidi sulphurici destillati* uncias duas, p. 1.
*Tincturæ aromaticæ* libram . . . . . . p. 6.
Sensim commixta stant per dies aliquot; postea tinctura colatur.

---

## TINCTURA ASSÆ FOETIDÆ.

Rec. *Assæ foetidæ* pulveratæ uncias duas et dimidiam, . . . . . . . . . . . . p. 5.
*Spiritus concentrati* libram . . . . . . p. 24.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA AURANTII.

Rec. *Flavedinis Aurantii* concisæ uncias tres, p. 1.
*Spiritus diluti* libram sesquialteram . . p. 6.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA BENZOËS.

Rec. *Benzoës amygdaloidis* contritæ uncias duas, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus concentrati* libram . . . . . . p. 6.
Fit tinctura.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0203-8

## TINCTURA BENZOËS ALOËTICA.

Balsamum e Benzoë vel traumaticum.

Rec. *Aloës lucidæ* contritæ drachmas duas, p. 1.
*Balsami peruviani* unciam, . . . . . . p. 4.
*Benzoës amygdaloidis* contritæ unciam sesquialteram, . . . . . . . . . . . . p. 6.
*Spiritus concentrati* uncias sedecim . p. 64.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA CANTHARIDUM. ☿

Rec. *Cantharidum* contritarum drachmam unam cum dimidia, . . . . . . . . . . . p. 3.
*Spiritus diluti* uncias sedecim . . . . p. 256.
Macerando fit tinctura.

---

## TINCTURA CASCARILLÆ.

Rec. *Cascarillæ corticis* contusi uncias duas, p. 1.
*Spiritus diluti* libram . . . . . . . . . . p. 6.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA CASTOREI.

Rec. *Castorei canadensis* pulverati uncias duas, p. 1.
*Spiritus diluti* libram . . . . . . . . . p. 6.
Fit tinctura.

---

## TINCTURA CASTOREI THEBAICA.

Elixir foetidum.

Rec. *Opii levantici* pulverati drachmam unam cum dimidia, . . . . . . . . . . . p. 1.
*Salis Cornus Cervi* drachmas tres, . . p. 2.
*Assæ foetidæ* pulveratæ drachmas sex, p. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134626-p0204-4
DFG

*Castorei canadensis* pulverati unciam sesquialteram, . . . . . . . . . . . . p. 8.
*Spiritus diluti* libram . . . . . . . . . p. 64.
Fit tinctura.

## TINCTURA CINCHONÆ.

Rec. *Cinchonæ regiæ corticis* contusi uncias duas, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus diluti* libram unam et dimidiam p. 9.
Fit tinctura.

## TINCTURA CINCHONÆ AMARA.
### Elixir Whyttii.

Rec. *Gentianæ rubræ radicis*,
*Flavedinis Aurantii*, singulorum concisorum unciam unam cum dimidia, p. 3.
*Cinchonæ regiæ corticis* contusi uncias quattuor, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 8.
*Spiritus diluti* libras quattuor . . . . p. 96.
Fit tinctura.

## TINCTURA CINNAMOMI.

Rec. *Cinnamomi ceylanici corticis* contusi unciam, . . . . . . . . . . . . . . . . p. 1.
*Spiritus diluti* uncias decem . . . . . p. 10.
Fit tinctura.

## TINCTURA COLOCYNTHIDIS COMPOSITA.
### Tinctura Colocynthidis.

Rec. *Anisi stellati* contusi drachmam, . . . p. 1.
